Proportionis, cum inter duo, vel plura aliqua est convenientia, ut inter Lineas parallelas, Corporis humani formam externam, & verum hominem & ejus imaginem.

Attributionis, cùm aliquid uni primo inest; alteri deinde propter illud. Talis analogia est inter Deum & creaturas, quia hæ ab illo dependeat, & inter substantiam & accidens. Entitas primò Deo, secundariò creaturæ tribuitur.

ecialis, ut mathematica, quæ ræcipué est
- Simplex
  - Arithmetica. Talis enim est inter Deū & creaturas:
  - Geometrica.
- Quasi mixta, seu composita: Harmonica.

neralis, ut Logica, Talis est inter Deum & creaturas.

grammatica, est regula in conveniunt: Opponitur ei vel Exceptio (Græcè ἐξαίρε- la hæc adjūgitur, 4. In quā- ibarum doctrina, est simili- uædam velut proportio, qua cū aliis comparatas dijudi- Micyll. Argentoratens. de

re metrica, ut quia amabilis penultima brevi, antepenultima autem longa efferri solet, Affabilis quoq; & similia, eodem modo pronuncianda censem*. Est enim ἀνάλογον illi, hoc est, ex eadem conjugatione, simili terminatione formatum.

ec analogia potissi- m versatur in
- Terminatione
- Flexione
  - Conjugatione.
  - Declinatione.

nt: Analogia est æqualitas n nominum propter simi- derivationis, ut media in roducitur. Sic & in bitumi-

ne; ut antepenultima brevis in monumento, sic & in documentum (par hìc ratio) Hæc enim si ortum spectes sub eandem rationem cadunt.

Analogia Syllabarum proportionalium seu correspondentium, est, qua syllabas invicem collatas discernimus. Videntur enim plerumque ejusdem quantitatis esse, quæ eandem habent enunciciandi & derivandi rationem.

Regula. In analogiâ similibus, si valet ratio quædam in uno, valebit eadem quoq; in altero. Si dicere licet conditionatum, quid vetat, quo minus dicam etiam occasionatum.

Analogiâ similium eadem & par est ratio. Hìc par ratio modò æqualis, modò similis, intelligitur Quintilianus libr. 1. cap. 9. de hac analogia Grammatica. Consuetudo certissima loquendi Magistra, utendumq; est plane sermone, ut nūmo, cui publica forma est. Omnia tamen hæc exigunt acre judicium, in analogia præcipuè, quàm proximè ex græco transferentes in latinum proportionem vocarunt. Ejus hæc est vis, ut id quod dubium est, ad simile aliquid, de quo nō quæritur, regerat, ut incerta certis probet.

4. In Theologia Analogia est typorum, & allegoriarum Veteris Testamenti, & tropologiarum aptè & concinne tractandarum commune quoddam instrumentum.

Estq; comparatio rei unius relatæ.
- Ad se ipsam.
- Ad rem aliam.
- Ad signum aliquod, ut cum comparatur Christus cum Ecclesia, ut caput cum corpore, vel Christus cum Moise, vel Christi caro & sanguis cum pane & vino Eucharistico.

Usus Analogiæ Grammaticæ.

HOc in Quæstione versatur, An in Grammatica & Linguis valeat Analogia? In utranq; partem versata est à viris literatissimis.

Aristarchus nobilis Grammaticus Analogiā defendit: Crater contrà oppugnavit. Rationes utrinq; à M. Varrone explicantur in monimentis, quæ supersunt ipsius de Analogia Disputat & de eadem, quod jam ante innuit Quintilianus, & post eum P. Ramus in Scholis Gramm.

Ludovicus Vivès emuncti ingenii & judicii vir de Analogia sic judicat in 13. lib. August. ad hæc verba ejus: Ab eo quod est oritur, fit verbum præteriti temporis ortus est, & si qua similia sunt, quæ tēporis præteriti participia declinantur. Ab eo v. quod Moritur si quęramus præteriti tēporis verbū, responderi solet mortuus est, U literâ geminatâ. Sic n. dicitur mortuus quomodo fatuus, arduus, conspicuus, & si qua similia, quę non sunt præteriti tēporis, sed quoniā nomina sunt, sine tempore declinantur. Verum hoc Augustini volo nunc in suspenso esse. Alibi dixi ὡ mortuum accipi interdum pro perfecto Græcorum τεθνηκώς. Ex analogia est à Traha (pro quo Virg. in Georg. Trahea, ein Schlitte oder ein Schlitte) trabarius, à plaustro enim est plaustrarius. Quidam negant rectè dici Proconsul, Proprætor: volunt dicendum pro Consule & pro Prætore. Hic opponitur Analogia, ut dicitur Proavus, pronepos, sic quoq; dicitur Proconsul, Prorector, Proprinceps. Dicat fortè aliquis, ut à pius pietas; si ab industrius industrietas Resp. Analogia nihil conficitur, si destituitur seu exemplo & authoritate. At ut ab assiduus assiduitas; Sic ab Arduus arduitas

duitas montium legi-
1. de re rustica. Non ut
nsul. duabus dictioni-
q; dicitur pro avo pro
tum dicitur pro tunc:
dicitur pro nunc. Itaq;
est ad omnia absolutè

rectè dicatur : Totus,
oto? Affirmo.

eæ ratio duplex est, U-
Altera Auctoritas. 1. ut
, quoto: sic totus, toti,

esse velis, & cetera no-

ωνία) γνώμη· Quotæ de-
noema, totæ est sic he-
erò inquis, huic asserti-
es? Regulam Jurecon-
Collateralibus tacitus
verbis à quodam pro-
oto gradu uterq; distat
gradu inter se distant.
toto dicunt eodem.
nan. lib. 5. Sphær.

tritat tota Solis in umbra,
rs Lunæ Solis subtenditur

um lib. 5.
næ tota pars, quota venit

uæ igitur Grammaticæ
inet quod Totus prima
Dativum habet Toto,
Toti.

atur Meretrix?

c quendam argumenta-
, ut dicitur Genitrix, non
c quoq; Meritrix nō Me-
orto meritorio. Cui alius
secutionē. Quod, n. dici-
nō Genetrix, inde est aje-
linum est Genitor, Non a.

Meretrix est à merit or, sed, nisi fortè hallucinor, à mereo. Meritorium autem est, à merit or voce inusitata. Hæc ille.

Quæritur an rectè dicatur Internundinium?

Respondet hîc analogia seu similitudo; Ut dicitur Interlunium, trinoctium: Ita quoq; Internundinium, quod novem dies inter se continuos habet.

Dicendumne Dubitas, an Dubietas

Consule hîc analogiam: ut ab anxius anxietas, à varius varietas, à pius pietas, ab ebrius ebrietas; sic à dubiis dubietas: Quia ab adjectivis in JUS deducta substantiva I posterius genitivi mutant in E addito τας. At ut à strenuus strenuitas, sic ab assiduus assiduitas, à fatuus fatuitas, quia ab adjectivorum in Uus & Us impurum Genitivis singularibus & Is terminatorum Dativis singularib⁹ deducuntur substantiva addito TAS, ut Firmi firmitas, tenui tenuitas, vidui viduitas, perspicui perspicuitas.

An dicendum Lapidicina?

Resp. Ut dicitur Homicida pro hominicida, sic dicitur Lapicida pro lapidicida, unde Lapidicina.

Ex analogia nonnunquam judicantur barbara: ut Barbarorum est Occasionatum; sic quoq; confessionatum. Idem fortasse judicabis de proportionatum, Complexionatum, & conditionatum, quæ tamen à multis Philosophis recepta sunt.

Analogiæ etiam magnus usus est ad cognoscendam quantitatem syllabæ, *veram notationem & facienda nova vocabula.* Ut sepulcrum est à supino sepultum, lavacrum à lavatu, aratrum ab aratu, mulctra à mulctu, plectrum à plectu: sic involucrum est à supino involutum. Lu igitur Syll: in voce I: -

volucrum semper longa est; etsi non desint etiam χαρίεντες, qui corripuerunt. Ut funebris à funeris e brevi: Muliebris à mulieris e brevi: sic salubris à salutis u lõgo. Pueriliter igitur errant, qui Lu in salubris faciunt ancipitẽ, ut anceps est syllaba, quæ proximè ultimã est in muliebris & funebris. Ut à δεχαστὴρ est δεχαστήριον, à θρεπτὴρ θρεπτήριον; sic à ποτὴρ est ποτήριον. Non itaq;, ut loquar ἀναλφαβήτως, ἐτυμολογεῖ qui dicit ποτήριον (poculum) dictum esse à πότος & τηρέω, quasi πότον τηρῶν, potum servans. T in voce ποτήριον, sumitur è voce πότος non è verbo τηρέω. Ποτήριον igitur si dicas est πότον τηρῶν, Allusio tantum fuerit, ut testamentum, testatio mentis. Ut à cœnatu cœnaturio: sic à generatu generaturio, i.e. cupio generare, à mercor mercaturio.

Quæritur, An rectè dicatur Occentare?

Sic quidam legunt apud Plautum, Occentare ad ostium amicæ, Zoffiten/ ein Zoffrecht machen: Sed Analogia suadet scribendum & legendum Occantare. Dicitur enim Incantare, Recantare, Decantare, excantare, non incentare &c.

Quæritur an Perpendiculum habeat antepenultimam brevem?

Resp. affirmate: Quia ut vehiculum habet brevem antepenult: à vehis; sic perpendiculum à perpendis. At rediniculum à redimis. Ut rudimentum, sic experimentum, periculum, quia dicuntur ab obsoleto perior, periri.

Ex Analogia interdum ostenditur Etymologia. A minister est ministro: Ergò à Magister est Magistro. A velum est velo, ab otium otior: Ergò & à Regnum est Regno; à stagnum stagno. Ab honor est honoro; Ergò à labor laboro.

Hìc cavendum ne accipiamus imparia pro paribus. Non enim sequitur, probo est à probus: Ergò luceo est à lucus: Nuncio est à nuncius, Ergò scio est à scius, quo utitur Apulejus, unde nescius, inscius.

ANALYSIS.

Analysis resolutio est vel dissolutio ejus quod compositum vel contextum est. Ἀναλυτικὸν resolutorium.

Analysis Organi Aristotelis pertinens ad necessitatem syllogismi ostendendam duplex est.

Aut enim ipsa formula collectionis seu συλλογῆς consideratur, utrum syllogistica sit, an ἀσυλλόγιστος: *aut materia*, & res, quæ astringuntur his formulis ac modis, an necessariæ sint, & q[...] veritatis causa aliter habere neq[...], considerantur. Priorem analysin prioribus duobus, posteriorem duo[...] posterioribus analyticis libris tractat Aristoteles.

Appellátur porrò hęc analytica, seu Resolutoria, quia docent στοιχεῖα ac principia, in quæ omnis ratio syllogistica dissolvitur, & ex quibus etiam omnis componitur. Hæc cognitio ad ex[...]sitam eruditionem, quæ tractan[...]s scientiis accommodata sit, pertinet.

Διδασκαλικὸν hoc gen⁹ est. Topica popularis est, (id est, contenta ratio[...]bus popularibus seu commu[...]bus) & liberior probando & ref[...]lendo d[...]sputandoq; in utramq; partem. A[...] eò pertinet πειραστικὴ diale[...] experiundi seu tentandi c[...] contra aliquem disputat, [...] tiam alicujus refell[...] p[...] aliquam scienti[...]m, cuju[...] t[...] ignarus.

Methodus analytica dici[...]

Sic ego quotidiè de lecto surgo precando,
Ut mens ad mortem sit duce leta Deo.

Apud Homer. Odyss. 10. est ἀναλῦσαι πρυμνήσια, solvere rudentes, quod est nautarum migraturorum. Iidem à Latinis dicuntur solvere oram Quintilianus eleganter, permittamus vela ventis, & oram solventibus benè precemur. Ora hìc est funis, quo navis ligatur. Solvamus ellipsis est, & metaphora pro Discedamus. Oram maris legere est littora seu loca terris proxima prætervehi.

Analyton.

Poëtis & Oratoribus Analyton est cùm unum in duo deducitur per conjunctionem copulativam, ut chalybem frenosque momordit, id est chalybeos frenos. In partem prædamq; vocari, id est partem prædæ Cic: Æstu febriq; jactari per æstuante febri. Al: Hendyadyo: Figura tamen magis Poetica, quàm Oratoria,

Ἀναμνᾶν.

Ἀναμνᾶν est in memoriam revocare seu ὑπομνᾶν.

Ἀναμνησθῆναι est in memoriam revocari: Plat. in Phædon.

Ἀνάμνησις est recordatio, id est præteritorum in memoriam revocatio. Physici:

Ἀνανταπόδοτον, & Ἀνταπόδοτον.

Antapodoton est, ubi aliqua pars orationis non redditur, vel cum deest aliquid orationi, ideoq; ut perfecta fiat, supplenda est. Epist. Cic. libr. 9. Ep. 16. videatur alicui esse anantapodoton (pro quo Keckermannus etiam dicit anacoluthon) vel imperfecta sententia. Etsi non facilè dijudicatur rumor verus & fictus, nisi aliquod incidat ejusmodi tempus, ut quasi au-

rum igni, sic benevolentia fidelis periculo aliquo perspici possit: cetera sunt signa communia. Sed ego uno utor argumento, quamobrem me ex animo vereq; arbitror diligi &c. Verum observandum hîc est *Sed* poni pro *Tamen*, vel pro sed tamen, vel Attamen, vel Veruntamen ut ellipsis sit ȣ Tamen. Interdum ellipsis est ȣ etiam: Obliti estis non modò inimicorum Milonis sermones, sed nonnullorum imperitorum. Cic: pro Milone. Græcismus est; Græci enim interdum dicunt ἀλλὰ pro ἀλλὰ καὶ, vel ἀλλὰ δὴ καὶ.

'Ἀναπνοὴ, *Anapnoe.*

Ἀναπνοὴ propriè est respiratio, seu reciprocatio Spiritus, cum aër accipitur & redditur. Hæc etsi cordi præcipuè servit: à corde tamen non proficiscitur, sed est diaphragmatis & pulmonum opus, allaborante cerebri motu & aliis. Aristoteli de mundo πολλαὶ ἀναπνοαὶ sunt multa spiracula.

Impropriè accipitur pro aura & vapore à Basil. in Epist.

ANAPHORA.

Anaphora signi vel cujuscunque arcus Zodiaci in doctrina sphærica est portio, seu circumferentia aliqua æquinoctialis (hic enim circulus est mensura, qua ascensionum & descensionum tempora metimur) quæ cum arcu illo Zodiaci supra Horizontem ascendit. Latinè ascensio signi. Vide Firmicum. Ei opponitur καταφορὰ (descensio) utraq; fit in sphæra seu horizonte recto, vel in sphæra obliqua.

In Geometria anaphora est relata æqualitas, ut analogia est plurium rationum, ad minimum duarum anaphora, id est, relata æqualitas. Ad minimū inquit; quia ponitur ad minimum 4. numeri (qui faciunt duas rationes) vel actu ut 2.4.6.12. & dicitur disjuncta, vel potentia (cum medius bis sumitur) ut 3. 6. 9. & dicitur continua analogia.

In Rhetorica Anaphora figura repetitionis est, (quæ & Anastrophe à nonnullis dicitur) quæ fit cum in principio singulorum membrorum aut versuum eadem dictio iteratur, ut Verres calumniatores apponebat. Verres de causa cognoscebat. Verres pronunciabat.

ANASTROPHE.

Anastrophe est inversio præpositionis vel trajectio conjunctionis, Virg. His accensa super Terent. Enim non sinam: quod obsoletum, Interdum ex duabus vocibus facit unam, ut ea propter. Eatenus pubetenus tecum. Et tum Tmesi opposita est, quæ est resolutio vocis in duas aliquo interposito.

Interdum ex una duas, ut I præ, id est, præi.

Ἀνατομία.

Anatomia generaliter & specialiter usurpatur.

Generaliter idem est quod Ἀνατομὴ id est disjectio vel incisio.

Specialiter sumitur pro humani corporis per sectionem investigatione. Ea propter non est Medici seu Physici. Posteaquam verò physiologi eam negligentius tractaverunt, quod nihili vel parum inde lucri una cognitione excepta, & plurimum invidiæ & insaniæ perceperint, Medici eam adsciverunt, summaq; diligentia ac industria, ut ad praxin utilissimam excoluerunt, judice Theod. Zuingero.

ANTANACLASIS.

Antanaclasis, generaliter voce accepta Plinio est motio reciproca & refracta: &

titur repulſus & reper-
ıtanaclaſis eſt in ludo pi-
lſim & datatim rejicitur,
ır: à voce antanaclaſis,
gnificat repercuſſum, ſeu
em, ut loquitur Plinius,
) ſeu ἐπιστροφὴν.
ı Rhetorica eſt figura λε-
rbum repetens, paulum
verſo ſenſu, ut eum qui
eccatum, pro nobis pec-
Hîc poſteriore loco ſi-
ictima pro peccato, ſeu
expiatorium, Mundus nō
Ero mors tua ô mors.
am Ploce aliquando, Joh.
ἐκ τῆς γῆς ἐστι. Antanaclaſis
dem verbis ſignificatur,
antiæ origo, deinde inge-
Joh. Piſcator in Joh.
ans hoc *Auguſtini. Aſſum-
tem, ut vitæ occideret mor-*
nortalem naturam) Tra-
oh.
naclaſis eſt ejusdem ver-
ſignificatio, vid. Quint.

nunquam ἀντιστροφὸν, ex al-

tera parte reſponſum, reciprocationem, vel permutationem, ſeu commutationem reciprocam.

Ἀντανακλαστικαὶ ἀντωνυμίαι, ſunt pronomina reciproca.

Qui participio partium orationis (id eſt ſpecierum, vocum) numerum non augent. (Sed id ad nomen referunt) appellant, ipſum προσηγορίαν ἀντανάκλαστον ſeu ἀντιπερίφρασιν id autem ſonat appellationem reciprocam, itidemq; ex altera parte reſpondentem, quoniam ſic dicatur, currens eſt curſor & curſor eſt currens. Scal. de cauſis lat. ling. cap. 141. lib. 6.

Antanaclaſis Homonymiæ ſpecies eſt, cū nomen cū verbo, vel adverbio, vel verbum cum nomine & adverbio ſimilem habet terminationem, ſed tamen diverſam ſignificationem. Logici in doctrina fallaciarum, vocant σχῆμα τῆς λέξεως id eſt figuram dictionis. A Rhetorib' dicitur Antanaclaſis, ut jucundum eſt amari, ſi nihil inſit amari. Amand. Polan. lib. 1. Logic. Emendatæ.

Ἀντὶ

Indentitatis & conſenſionis cujusdam, Nempe
- Relationis & Redditionis. Huc refertur ſignificatio viciſſitudinis, alternationis, mutuæ compenſationis (quam barbari vocant Recompenſationem) Exæquationis, æquipollentiæ.
- Comparationis
  - Æquiparationis.
  - Aſſimilationis.

Diverſitatis & Oppoſitionis ut Contrarietatis.

n ſignificationem habet
modò contrarietatis.

1. Generis Exempla:
Ἀντίληψις *receptio eſt.* Ἀντίκλημα *criminis relatio*

relatio. Ἀντικατηγορία *est reciproca prædicatio.* Ἀντίδοσις *mutua donatio; Sic* ἀντίδωρον. Ἀντιπελαργεῖν *est benè meritis vicem rependere.* Ἀντιμέρεια *cum vox pro voce ponitur* Ἀντίχρησις *species pignoris dati loco usurarum (ut, exempli causa, domum oppignoratam usurarum vice inhabitat creditor) l. si servus caput quod cum eo.*

Ἀντίχειρ, *id est, pollex, quasi vicemanus: vicaria manus.*

Ἀντιβαλλόμενα *sunt æqualia, æquales vices habentia* Ἀντίρροπον *est æquilibre seu ἰσόρροπον, æquè valens, ejusdem momenti.* Ἀντίπλαστος *est similiter factus.* Ἀντίθεος *similis Deo, divinus,* θεομορφής.

II. Generis Exempla.

Ἀντιλεγόμενα, ἀντίλεκτα *sunt controversa, quibus opponuntur* ὁμολογούμενα, *(confessa;)* Ἀντικείμενα *sunt opposita.* Ἀντιδιῃρημένα *sunt species ejusdem generis divisione juxta se seu è regione positæ* Ἀντίθεος *est adversus Deo.* Ἀντικατηγορία *est contraria accusatio.* Ἀντίδοτον *est quod datur cōtra venena.* Ἀντίδοξων *est, qui contrariæ est opinionis.* Ἀντιπρόσωποι *adversis frontibus sese aspicientes.*

Utriusq; significationis Exempla.

Ἀντίχριστος, *vicarius Christi, Prochristus, vel contrarius Christo. Sic* ἀντίθεος. Ἀντίλεξις. Nam ἀντίλεξις *ad Objecta est responsio: Et* ἀντίλεξις *est dictio ἰσόρροπος hoc est significatione alteri par. Interdum significatio vicis & contrarietatis conjuncta est, ut in vocibus* ἀντιπάθεια, ἀντιπάσχω. *Hic contrà & vicissim simul significantur.*

Usus.

Distinctio hæc significatorum necessaria est in disputatione de satisfactione Christi pro nobis & peccatis nostris per pœnarū in ipsum derivatarum solutionem quam impugnat Socinianus Michael Gottschius contendens in hoc argumento PRO nobis aliter accipiendum, quam loco seu vice nostri. Refutat tum n[...] vocis ἀντίλυτρον. Ἀντίλυτρον *enim sig[ni]ficat 1. pretium quo redimuntur cap[tivi] ab hostibus in bello aut piratis, 2. [quo] caput capite, vita vitâ redimitur. [Ἀν]τιλυτρόω enim est vicissim redimo. [...] verò Christus se pro nobis dedit [ἀντίλυ]τρον, 1 Tim. 2. Ergo Christus est pre[tium] illud quo captivi redempti sumus e ma[]nu Diaboli, pretium, inquam, vita [con]stans non pecunia. Voluit scil[icet ...] [ἀν]τίψυχος, hoc est devotus pro nobis mo[r]tem subeundo Aliam signifi[cation]em vox* ἀντίψυχος *non habet. Eaq[ue ...] Romano rectè tribuitur. Is enim [...]it pro Romanis mori: Ita Christus [de]votus pro nobis factus* ἀνάθεμα *& pi[a]culum animam pro nobis suam ultr[o] vovit & exposuit, vere* ἀντίψυχος: [...] ἀντιλυτρωτὴς, *id est, redemptor [...] persoluto. Hinc arguo contra [...]n.* Ἀντίλυτρον *pro nobis redimendis [...] est pro nobis satisfacere; Christus ἀν[τίλυ]τρον pro nobis redimendis solvit Mat. 20. Ergo Christus pro nobis satis[fecit.] Falsum igitur est, purum putum hum[a]num esse commentum enunciat[ionem]: Christus loco nostri mortuus e[st, ...] rò tantùm veram esse: Christus [...] causa mortuus est.*

Ἀντικατηγορούμενον.

Anticategorumenum in lo[gi]ca est [præ]dicatum reciprocum, id e[st ...] subjecto convertitur, ut [...] homine. Aristot. 1. Top[...] & [...] analyt. *Alias talia dicuntur,* [...]τα & ἀντιστρέφοντα.

Anticategoria est recipro[ca] seu [...] prædicatio. In Politi[c]is [...]

γκλημα vel ἀντίκλημα, crimi-
o recriminatio, si ita loqui
Budæus sanè ita convertit)
nus vocat mutuam accusa-
Estq; criminis ejusdem,
si. Si clamas *o Narr*, Sylva
ναρ.

Αντιλογία.

st repugnantia vel repu-
mo, ut hic, Scipio se nun-
s otiosum esse ajebat, quàm
us, nec minùs solum, quam
s esset. si verba spectentur
est, esse otiosum, eodem tē-
inimè esse otiosum, maxi-
lum, & minimè esse solum.
nsus verborum, tam admi-
inquiratur, quasi ænigma
sic solvendum, ut otium &
orporis, mentis autem oc-
ntelligatur 1. Hieronymus
n Officia.

atoni est ars concertatoria,
ntiosa sophistarum, aliàs
ica & ἀντιλογική.

etiam nonnunquam acci-
onam partem, pro eo quod
ndi peritus, δυνατὸς ἀντιλέγε-
oga Quintilian⁹ vocat con-

ανθὸς. *Reciproca passio.*
Barb. *Repassum.*

ὸς in Ethicis generatim est
mnia ad æqualitatem redi-
cut 6. Euclidis docet Chri-
Clavius rectè quamcunq;
atis proportionem ad æ-
m revocari. Ita accipit Ari-
pol. c. 2. Hoc jus excogi-
ad dandam reipub. salutem
mq; civitatem, (in qua sunt
quales homines naturâ) o-
ncommodis, quæ aliter ne-

cessariò illic orirentur.

Canon: ἴσον ἀντιπεπονθὸς maximè servat Rempubl. Itaque uniendi cives sunt, per adæquationem Arithmeticam, vel Geometricam.

2. Speciatim accipitur pro pœna Talionis, cum delicto seu injustè facto par supplicium auctori injuriæ affertur: vel pro jure Talionis, quo quod alteri fecimus, idem vicissim patimur. Gualterus Donaldsus in Synopsi Ethices Aristotelicæ.

3. In Physicis ἀντιπεπονθὸς est actionis reciprocatio, mutua effectio & passio, passionis reciprocatio retributa seu reciprocata actio & passio, ut loquitur alicubi eleganter Zabarella. Τὸ ἀντὶ n. (quod denotat vel contrarium, seu repugnantiam, discordiamvè oppositam convenientiæ consensus & cōcordiæ, vel vicem, aut vicissitudinem, aut proportionem naturæ communem vel similitudinem) interdum quoq; significat aliquid actionis, videlicet in resistentia, ut placet Scaligero. Definitio hæc huc pertinet. Quodcunq; habet cum alio materiam primam communem, agendo etiam patitur.

Explicat.

Repugnant.) *ut ἀντιπάθεια est inter felem & murem Ille est ἀντίθε@, id est, contrarius Deo.* Αντίχριστος, *adversus Christo.*

Similitudinem) *ut Nestor, est ἀντίθε@, id est, est similis Deo apud Theognidem.*

Vicem) *Hic est Antichristus hoc est vicarius Christi.*

Reciprocæ figuræ in Geometr. Eucl. lib. 6. sunt ἀντιπεπονθότα σχήματα, cum rationum termini in utraque figura reciprocantur, seu convertuntur.

Αντιπεπονθότως in Figuris Arist. est ἀντιστροφὴ ἀναλογίας & ἀναλογία ἀνάπαλιν. Sed reciprocatio figuris non attribui po-

teſt propriè id eſt, καθόλυ ſeu primò, quia omninò res Arithmetica eſt, teſte Ariſt. lib. 5. Eth cap. 3.

Ἀντιπερίστασις, Circumobſiſtentia.

Antiperiſtaſis dicitur ab oppoſito, ſeu obſtante circumdante, ſeu à contrario circumſtante, ut cum calor in interioribus augetur, & continetur, cohibeturque intrò, ita ut exire non poſſit propter frigus externum oppoſitum, & ipſi (calori) obſtans eumque circumdans. Vox φυσιολόγων propria.

Calor κατ' ἀντιπερίστασιν, id eſt, per objectum contrarium foris obſtans membra exteriora frigentia, circa partes vegetativas, ventriculum, cor, epar, in ſomno, qui σωτηρία eſt ζώων, compellitur, in unum locum coit, & fortius unitur ad coctionem perficiendam. Seu calor per antiperiſtaſin cõtractus fit fortior circa interiora, ad quę revocatus eſt ſub noctem, ideoq; cõcoctio meliùs poteſt perfici, & ſpiritus melius gigni de alimento. Revocationis autẽ caloris ſub noctem ad interiora I. cauſa eſt ſenſus naturæ langueſcentis, quando corpus vivifico illo humore Solis deſtituitur. Nam ſentit languorem nonnullum, & in ſenſu illo deficiente cor, domicilium vitæ, vult ſibi conſulere copioſiore pabulo, ne vis naturæ afferatur. Itaq; calorem cum ſpiritibus ſubtractum exterioribus introrſum revocat. Interdiu natura eſt aliquantò firmior, & integrior, dum Sol ſupra Finitorem commoratur, qui ſua præſentia corporibus vigorem impertit, calor item eſt fortior, adeoq; coctio ipſa. Ideo Medici præcipiunt largiùs prandendum, cœnandum parcius, quia etiam debilis ventriculus largius prandium melius conficere poteſt, quam

cœnam tenuem. Cerebrum etiam interdiu incaleſcit magis ex illis contentionibus: Itaque qui ex alimento conſurgunt vapores, nullo labore poteſt diſcutere & conſumere. 2. Cauſa eſt ex defatigationibus & laboribus animæ pariter & corporis. Non enim eſt patiens animus perpetui laboris. 3. Cauſæ adjuvantes illam attractionem caloris ſunt frigiditas noctium, fluxus & refluxus vaporum. 4. quies externorum membrorum. Tunc enim calor manet intus, & circa vegetativa membra maxime colligitur.

Hinc cauſa agens diſtinguitur ab interpretibus & commentatoribus nonnullis Internâ & Antiperiſtaticâ.

Uſus

Uſus hujus diſtinctionis eſt. Quæritur enim de cauſa ſomni. Ea duplex eſt, Primò enim interior eſt: deinde antiperiſtica. Principio cum cor minus ad cerebrum & exteriora caloris & Spiritus emittit, cerebrum, quod per ſe eſt pars corporis frigida, fit frigidius, quam eſſe ſolet, quam refrigerationem id ſequitur, ut halitus ex coctione eò pervenientes in liquorem denſeſcant, qui liquor cerebrum & nervos humectans, & quadam etiam ex parte ſimul obturans ἀδυναμίαν quandam ſenſus & motus, nempe impotentiam ſenſus & motus ple[illegible], vel ἀκινησίαν quietis & ſomni efficit.

Secundo hoc etiam tum fieri oportet, ut in arteriis cerebri, & extrem[illegible]rum partium minùs ſit ſanguinis & S[illegible]tus, atq; ita venæ etiam, quæ l[illegible] communia cum arteriis oſcula, m[illegible]nus plenæ ſint, adeo quidem, ut de[illegible]ciſa dormientis vena ſangu[illegible] m[illegible] profluat, & quia tum m[illegible]nu[illegible] eſt in extremis partibus, [illegible]æ et[illegible]

naé

is eſt, quod qui harum parti-
bis laborant, ſive ulcerum
matum, ſive quibusdá aliis,
ıctem & ſomni acceſſionem
ſentiant majores, ut docent

;eſcentibus hoc modo exter-
bus (omnes enim nervi tunc
ıntur) hoc ſimul accidit, imo
neceſſe eſt, ut calor interna-
cium cogatur & arctetur (per
ſtaſin) atq; ita augeatur. Si-
ıs aëris obſtans calorem ignis
acuit, ut eſt in diſputationi-
ıeopraſti. Hæc ergò cauſa
ſt ſecundaria, ita ut antiperi-
:c quoq; fiat in ſomno natura-
ı verò prior eſt princeps cau-

.des ANTIPODES ἀντίχθονες.

cones & Antipodes in coſmo-
ı ſunt, qui ſub ejusdem me-
diverſis medietatibus diver-
arallelis ab æquatore utrinq;
polos mundi æqualiter remo-
itant. Breviter: qui in locis ter-
ſεμέτρω oppoſitis habitant.
quaſi pedibus obverſis ince-
. His opponuntur Ἀντῶμοι qua-
ris ſibi mutuo oppoſiti.
a igitur eſt diametralis, ſeu
ετρω pedum oppoſitio.
odia eſt, pedis pro pede poſi-
Rhythmo inverſu.
ıtipodes ſunt, cum pes pedem
entat, ſeu pes pro pede poni-
ut ἀντιμερία eſt, cum pars pro
ponitur, ex eorum genere ſunt,
on ſatisbene dicti ſunt Ακέφαλοι,
bus judicium Scaligeri aſcri-
έφαλοι verſus quare dicti ſunt?
e caput carminis una nequit
yllaba. Capiti igitur pars deeſt,
aput carmini: Exemplum ad-

ducunt Fluviorum) rex Eridanus. Ec ex Homero Βορέης ἠ Ζέφυρος. Quàm verò benè, videndum eſt: pes enim pedem repræſentat. Anapæſtus dactylum (id eſt anapæſtus eſt poſitus pro dactylo, inverſus pes, pro recto.) Hoc dixere Græci ἀντίπαιδα & ἀντιπάθειαν. Sic proceleusmaticus pro dactylo ponitur, ut reſolutus dactylus. Genua, Ariete, ſuppeditant exempla. In utroq; fit quaſi conſonans ſecunda vocalis, quemadmodum & ſpondæum facias ex illa voce Fluviorum Βορέης quoq; alibi ſcriptum eſt Βοῤῥᾶς, & Βοῤῥῆς. Sed quid videtur tibi de illo Ennij Hexametro,

Capitibus nutantes, platanos rectasq; cupreſſos? ℞ Hic S veterum more eliditur. Sic relinquitur capitibu ∪∪∪∪ pro ſpondæo. Tales verſus etiam dici poſſunt Ἀντιπαθεῖς.

ANTIPHONA.

Antiphona & ἀντιφωνή Muſicæ voces ſunt, & ſignificatur iis vel reſponſus, vel ut ſic dicá, contraſonantia vocis.

Ariſtoteles in problematis ſect. 19. q. 7. de Muſica habet chordas ἀντιφώνους, quas Gaza expoſitor reddit obſonas.

Echo, de quibus Phyſici, poteſt dici ἀντίφωνος, quod ſit vocis repercuſſio quædam.

Antiphona in plurali numero accipiuntur pro choris qui ſibi viciſſim ſeu alternis ſuccinunt. Pſallendi ſeu modulandi rationem per antiphona, id eſt, choros ſibi alternatim ſuccinentes Conſtantinopoli inſtituiſſe legitur Dn. Johan. Chryſoſtomus. Zuingerus Theatri vitæ humanæ volum. 1. lib. 1. pag. 29. Socrat. lib. 6. c. 6. & Sozomeni lib. 8. c. 8.

Dicitur & in ſingulari à Gregorianis Antiphona, ut cum dicitur poſt antiphonam notis toni ſubiicitur Euouae.

Psalmi vel hymni clausula, id est, Seculorum Amen.

Euoae per quandam Syllepsin seu Synecphonesin sunt duæ dictiones Euou Aë.

Antistropha.

1. Antistropha Latinis sunt reciproca, respondentia sibi invicem, pariter utrinq; respondétia, mutua, æqualia, & quæ sunt æquali ambitu, ut unum & Ens, verum & bonum. Picus. Ut λόγος ἀντίστροφος est oratio quę reciprocatur. Interdum dicuntur ab Alexandro ἰσόστροφα. Dicuntur quoq; παλινδρομοῦντα.

2. Antistropha, seu ἀντιστρέφοντα sunt talia vel simpliciter, & dicuntur ἀντικατηγορούμενα, id est, quæ inter se vicissim subjecti & adjuncti vicem obtinent, seu quæ reciproca sunt ex æquo, prædicatione ea, qua prædicatum per se de subjecto, & vicissim per se subjectum de prædicato dicitur.

Hic igitur neq; primum, neq; postremũ, quo, aut quod prædicatur, sed ex æquo utrumq; primum & postremum est; Hæc etiam vocantur ἐξισάζοντα (quasi adæquantia.) Tale est medium apodicticum, quod nimirum cum extremis convertitur; & ἀποδεικτὸν (demonstrabile) prædicatũ πάθος, quod cum subjecto & medio convertitur. Cum dicitur, Homo est risibilis, neutrum extremorum dicitur ἄνω καὶ κάτω respectu alterius. Medii tamen argumenti ratione unum κάτω dicitur, id est, subjectum, & alterum ἄνω, id est, prædicatum. *Vel sunt ἀντιστρέφοντα secundum accidens*, cum iisdem terminis conficiuntur demonstrationes duæ, una ὅτι, altera διότι: illâ demonstratur causa effecto: hâc vero effectus causâ.

3. Prædicatis, quæ dicuntur ἀντιστρέφοντα cum subjectis suis, opponuntur ἀνάστρεφοντα (quæ non reciprocant) Hæc Galeno dicuntur quidem συμβεβηκότα (accidentia) sed non καθ' αὑτὸ (per se.)

Antistrophon argumentum est, cum argumentum referri contrà convertiq; in eum potest, à quo est propositum. Geil. lib. 5 cap. 10.

Relativa dicuntur πρὸς ἀντιστρέφοντα Philip. Mel. id est, sunt mutuæ collationes, est mutuum inter ea iter.

In anatomicis primæ duæ costæ dicuntur ἀντίστροφοι.

In Ethicis εὔνοια ἀντίστροφος est mutua benevolentia.

Ἀντιστροφή.

Alia est antistrophe Rhetorica, alia Logica, alia Comica, alia Lyrica, alia Mathematica, Logicæ Germana.

Antistrophe Rhetoribus est figura Epanaphoræ contraria. Est enim, ut ait Aquila Romanus, species repetitionis, cum in eandem partem sententiæ sæpius desinunt, id est, per antistrophen in membris orationis eadem dictio in fine repetitur, ut Cicero pro Font. Frumenti maximus numerus è Gallia, peditatus amplissimæ copiæ in Gallia, Equites numero plurimi è Gallia.

In Dialecticis est, terminorum seu simplicium, vel propositionum simplicium, ut conversio alterna mutuo à se pendentium, id est, relatorum. Sunt qui etiam ἀνάκαμψιν dixerunt, Dominus est servi dominus, & servus est domini servus: propositionum, ut Nullus homo est beatus, Nullus beatus est homo.

Lyricis antistrophe est genus saltat[illegible] quo modo in dextram, mod[illegible] stram choros agunt, atq; revo[illegible]

rum ἡ ἀντιστροφὴ opponi-
Macrob. Illa huic acci-
generatim loquendo an-
idem, φ ἀντῳδή. *In Comœ-*
est similis τῇ στροφῇ. Estq;
ἰσως. παράβασις autem
im chorus ad populum
quid extra argumentum
:batur, utens plerumq;
pæsticis.
phe etiam seu παλινδρο-
ι est quo dicuntur anti-
:,reciproci, recurrentes,
παλίνδρομοι & μέτρα ἀντι-
tque 1. unius sententiæ
æ Unius :Magnificato
n Magnipotentem, Je-
ego, en Dux, hostes exu-

igium, res sacra consiliũ.
Contrariæ:
fit blandum, nec fœdera
jungas
x, nec cito disperea.
ec fœlix sis, irrita jungas
blandum sit tibi conjugiũ.
Item
maticos canones: nec car-
a nescis
gicen, haud rudis historia.
haud logicen scis, scribere
nescis
canones Grammaticos be-
e scis.
e fit vel integris vocibus,
ocum ordine minimè in-
lectis, vel utrisq;:
is vocibus, ut:
sus memora, quo numine
læso.
us fabricans est proditor a-
trox.
ibitò motibus ibit amor.
tenet, non tenet Anna solũ
Sol cyclos, & rotor igne.

Sol loquitur: scribitur autem hic giro pro gyro. (*γυρόω* Græcum est, latinum igitur gyro, id est gyros facio.) *Utrisq;*:

Otto tenet mappam, mappam madidam tenet Otto. Vel, Otto tenet mappam madidam mappam tenet Otto.

Antistrophe seu conversio apud Mathematicos, præcipueq; Geometras propriè & primariò dicitur, cum Theoremata, conclusiones & hypotheses, seu quæsita & data permutantur, ita ut præcedentis propositionis quæsitum; quod Proclus conclusionem vocat; in sequenti propositione sit datum: quod ab eodem hypothesis vocatur: & ipsa hypothesis fiat conclusio.

Duplices a. sunt ἀντιστροφαὶ (conversiones) una quidẽ, quæ præcipua, & definita & uniformis, est quando ex dato seu hypothesi, fit quæsitum, aut conclusio, & contra. Altera varia & multiplex, qua utimur in compositis propositionib*, cum unũ ex quæsitis convertitur cum pluribus datis, & contra: & in multa se extendit theoremata.

*Ἀντιστρέφοντα seu reciproca appellatio Scaligero in lib. de causis ling. lat. est par appellatio, id est, paris seu ejusdẽ potestatis. Sic & reciproca oratio. Non sunt orationes reciprocæ seu pares; Cursor est currens, & currens est cursor. Nam cursor designat nobis naturam ingeniumq́; ad currendum. Currens autem dicit actum. Cursor significat τὸν πεφυκότα, id est, eum, qui ad currendum natus est.

Ibidem Scaligero ἀντιστροφὴ seu reciprocatio est transpositio, tum ex ijsdem, tum ex contrariis. Ex iisdem. Qui consulit senatum, Consul est, & qui Consul est, consulit senatum. Ex contrariis, ut Oratoria est dialectica diffusa. Dialectica est oratio pressa. Phi-

Philosophia est eloquentia disputatoria. Eloquentia est Philosophia Elocutoria. Palma est pugnus apertus; pugnus est Palma clausa.

Antithesis.

Antithesis 1. est thesis thesi opposita 2. nihil aliud est, quàm objectio. Sic accipit Ulpianus. Ei subjungitur λύσις 3. est oppositio logica, nempe duarum propositionum, quarũ altera est affirmativa, altera negativa 4. Rhetoribus est color seu σχῆμα λέξεως, vocatur etiam ἀντίθετον, quod fit vel cum singula singulis opponuntur, & contrariis contraria, ut vicit pudorem libido, timorem audacia, vel cum bina binis, ut nostri ingenii est, nostri auxilii est: vel cum sententiæ sententiis, ut dominetur in concionibus, jaceat in judiciis. Quintil. lib. 9. c. 3.

Antithesis etiam est assumptivi status qualitas, genus defensionis, in qua factũ per se haud probabile assumptis extrinsecus auxiliis tuemur Quintil. lib. 7.

Antithesis { Vocum { Singularum / Binarum ; Sententiarum.

Antitypon.

Primò accipitur Antitypon, pro figura seu typo, ut panis est antitypon corporis Christi, id est, repræsentat corpus Christi. Secundò accipi potest pro eo, quod typo seu signo, seu umbræ succedit, Turrianus. Præpositio enim ἀντὶ sæpe vim habet τοῦ pro ut sit idem quod respondens typo ut πρωτότυπον: sed in hac significatione non memini me legere apud Græcos autores. 3. est repercutiens.

Ἄνω καὶ κάτω; Sursum & Deorsum.

Primum à Philosophis accipiuntur, ut sint differentiæ Loci, ut cum dicitur Coiens & moriens oculos sursum vertit, dormiens deorsum. Itaq; attribuuntur etiam acclivi & declivi, ut in lib. Arist. de cœlo & Problemat: Secundò Passim, quoquo versus, undequaq;, vario modo. Galenus prima Method: Med: ἄνω καὶ κατωβαλλεσθαι, Secundum omnes partes mutari. Apud Platonem in Georgia est στρέφειν λόγους ἄνω καὶ κάτω, id est, quoquoverti. Sic dicunt Græci pro homine vano, & inconstante ἄνω καὶ κάτω μεταβαλλόμενον. ἄνω καὶ κάτω ποιεῖν, sursum & deorsum miscere. Latine etiã dicunt sus, deq; facere. Ludovicum vide Septalium in comment: in Probl: Arist. pag. 295.

Per Metaphoram ἄνω significat eminentiam gradus & honoris. Ἄνω ergo est Situ, ut nubes: vel Qualitate, Dignitate, excellentia, ut res Spirituales & cœlestes,

Ex propositionum extremis τὸ ἄνω est prædicatum, ut superius, τὸ κάτω subjectum, ut inferius. Hinc dicimus: Naturaliter attribuitur superius inferiori. Ita ergo etiam τὸ ἄνω est Genus, τὸ κάτω est species vel individuum.

Usus.

Ad Coloss. 3. Quæ sursum sunt quærite. Hunc locum Augustinus sic interpretatur Jubemur sapere quæ sursum sunt spiritualia videlicet, quæ non locis & partibus mundi hujus sursum esse intelligenda sunt, sed merito excellentiæ suæ, ne in ejus mundi partibus figamus animum nostrum, quo universo nos debemus exuere.

Sursum n. aut deorsum in hujus mundi partibus est. Nam universus idem (non per partes, sed universus consideratus) non habet sursum deorsum. lib. 83. quæstionum qu.

explicant : Jubemur
supra hunc mundum
stus caput nostrum est,
m & beatitudinem,&
em cœlestem ac perpé-
on est in hujus mundi
n nos nunc incolimus.
retatio probabilis.

Ἀόριστον.

rminatum seu indefini-
n,vagum,cui opponitur
ı determinatū, certum,
aliis distinctum. Sic ma-
licitur quid indetermi-
iatum verò dicitur Ens
n seu definitum. Nullū
n est ἀόριστον, id est, omnia
a habent certam, & de-
iam, per quam sunt id
r ab aliis distinguuntur.
Entium intra suam defi-
propriæ naturæ ambi-
tur. At ἄπειρον est infini-
natū, πέρας μὴ ἔχον, quod
ninum non habet, quod
s, ut immensum dicitur,
μέτρος, sine mensura, μέ-
ensuram non habens,
ı non recipiens. Sic De-
t immensus est. Hieron.
Matthæus Sladus.
essentia propria seu pe-
ie certa omninoque di-
ie à creaturis omnibus,
m rerum essentiis verè
t alii loquuntur eodem
st hoc aliquid Spiritua-
γὲς, non mixtum cum
:& tamen Deus est ἄπει-
tus, quia non est ulla re
rus. Græci etiam dicunt:
est πεπερασμένος. (Nullam
λογίαν, πρὸς φασι ἐστὸν [illegible])
s infinitum negativè, id
s te m[illegible] us præfixus seu

præscriptus. Sicut autem ἄπειρον & concretè & abstractè (significat enim interdum infinitatem) accipitur: Sic etiam ἀόριστον.

Interdum ἀόριστον & ἄπειρον idem declarant, & utrumq; Deo attribuitur, à Græco Theol. Bas. M.

Ἀόριστος πρότασις est propositio infinita, ut creatio est actio non Physica.

Corollaria

1. Si ἄπειρον id est infinitum dicitur τὸ μὴ ἔχον πέρας q. nō habet extrema, seu terminos, infinito mediū assignari nequit.

2. Infinitum in prima Philosophia est: nempe, sine principio principium, τὸ ἄλλο id est Deus, qui est alius à natura, & omni creatura, cunq; omnia in eo sint, extra tamen omnia subsistit Ergo & extra locū & extra tempus: seu tēpore non continetur, μὴ πρὸς ἔχεται χρόνῳ. 3. Itaq; æternū est. 4. Itaq; immortale, ἀνώλεθρον.

5. Est & ἀκατάληπτος id est infinitæ essentiæ sapientiæ ac potentiæ, non quidem παθητικῶς sed ἐνεργητικῶς.

Itaq; 1. ubiq; est, loco nō astringitur omnesq; res sunt ipsi præsentissimæ, ut dicitur à Poeta,

Omnia nuda oculis sunt & aperta Dei.

2. Nec minui nec augeri potest:

Ἀπείρως.

In Philosophia modò infinitè, modò sine experientia significat. Hermogenes in lib. de Ideis, ubi loquitur, de ἐπιεικεία ait βάσκειν δὲ ἀπείρως ἔχοντα λόγων εἰς δικαστήριον ἐιναι, vertit hoc Bonfinis : item dicere se cū infinita dicendi copia venisse in judiciū: sed perperam: vertendum n. Et dicat se inexpertum, seu inexercitatum in dicendo venisse ad judicium. Græci n. eleganter dicunt ἀπείρως λόγων ἔχειν, pro eo, quod est, usu parū posse in disputando, vel dicendo. vid. 2. παρέργων F. Luisini Utinensis Sic dicunt ἔχει ἀνιάτως, est insanabilis, incurabilis.

ἁπλῶς

ἁπλῶς est

1. Secundum ſeipſum, ſecundum propriam naturam. Abſolute omnino: universè ſummatim καθόλου ſine ulla prorſus relatione ad aliud, ſine ullo reſpectu conſideratum ἄνευ προσθήκης, ſine additione.
Opponitur ei πῶς, πῇ, κατά τι, cum coarctatione, cum reſtrictione ex ſuppoſitione, aliqua ex parte, cum exceptione.
2. Per ſe ut opponatur ei per accidens. Si hanc ſignificationem malis referre ad primam ſeu eam illi adjungere, non repugnaverim.
3. Abſtractè purè & ſolitariè, ut opponatur ei complexè, compoſitè, concretè.
4. Propriè, ut res dicuntur, ad literam, nudè non ornatè vulgariter, inelaboratè, ut opponatur ei impropriè, tropicè figurate, ἐσχηματισμένως.
5. Principaliter, & primariò, cui opponitur Secundariò & minus principaliter.

EXEMPLA.

Ariſtotelis lib. 1. poſter. Analytic. Contex. 6. Simpliciter (ἁπλῶς) de omni numero id eſt ſine reſtrictione universè. Cauſæ priores, notioresque ſunt ἁπλῶς effectibus, id eſt ſecundum propriam naturam ſine ullo ingenij noſtri reſpectu, ratione noſtræ infirmitatis ſepoſita. Αἴτια *(cauſæ) & principia natura ſua, vi ſua, ſponte & per ſe ipſæ notiora eſſe debuerant effectis, niſi mentis noſtræ imbecillitas obſtaret Martyr. in 1 Ethic. Ariſtotelis. Oppoſitum Notiora ſeu manifeſtiora nobis ut ſunt effecta.*

Simpliciter, ſeu ἁπλῶς *propria* πῶς *(nempe uſu) fiunt communia. Ariſt. 2. Politic. 3 c.*

Hoc bonum eſt non ἁπλῶς, *id eſt non omnino, ſed* κατά τι, *ſeu modo quodam.*

Concluſio eſt vera non ſimpliciter ſed ex hypotheſi, ſi veræ ſunt præmiſſæ.

Paralogiſmus παρὰ τὸ πῇ καὶ ἁπλῶς, *eſt fallacia ſeu captio ab eo quod quadantenus vel ex parte dicitur ad illud, quod ſimpliciter alicui tribuitur. Ad primã etiã ſignificationem refer, cum ſignificat* τὸ ἐξ ἀνάγκης, *id eſt, ex neceſſitate, ut ſimpliciter verum, id eſt neceſſario. Suidas.*

Beatus eſt beatus, vel ſimpliciter, vel ex conditione.

Exemplum 2.

Æneas vicit Turnum, id ſimpliciter id eſt, per ſe contingens eſt, multis Philoſophus ut Schegkio, ſed neceſſarium eſt, propter irrevocabilem temporis Circumſtantiam.

Exemplum. 3.

Senio, ternio, eſt ſimpliciter, id eſt abſtractè numerus: eſt numerus ſimplex, id eſt abſtractus. ἁπλῶς *canit, non* πολυπλόκως *ſeu variatim, non* πολυτέχνως

Τὸ γελαστικὸν *ſeu riſivum, prædicatur de homine* ἁπλῶς *id eſt ſolitariè ſeu ſolum. At par & impar ſimul & conjunctim cum disjunctivà particula prædicantur de numero: Omnis numerus eſt par vel impar. Non eſt proprium numeri par, ſimpliciter ſeu ſeorſim acceptum.*

Exemplum 4.

Ἁπλῶς λέγειν ἡ ἀλήθεια. *Veritatis ſimplex oratio. Verſus* ἀπλολογεῖ *&* ἀπλοχωρεῖς, *ſunt quorum dictio & concin-*

hoc est inelaborata.

15. significationis
1 Exemplo.

oteles sic utitur τῷ ἁπλῶς
rimum & principale inter
:t (ut in iis quæ dicuntur
rius ἁπλῶς usurpatur re-
is,id est prius tempore re-
itus prioris potius antiqui-
se ducitur Nam lib. 1. de
tu inquit Philosophus τὸ δὲ
πρῶτον σημαίνει καθ' ἕκαστον
ὃ ὄντος ἢ τὶ καθόλου καὶ τὸ
:v, id est, vocabulum sim-
rimum significat, in una-
ria Entis,aut id quod uni-
& omnia continet.

Ens primò: Substantia est
iter. Accidens est Ens se-
lens est Ens secundumq d.
ferunt hæc duo πρώτως &
simpliciter conveniat ei
nvenit τὸ primò: aliud est
sistere nunc simpliciter in
ra τὸν λόγον,&aliud primò,
idem illud verum,hoc ve-
rimò enim ὁ λόγος subsistit
ivina æterna.

mum & simpliciter con-
, manente significationum
. In propositionibus: Chri-
ctus secundùm humanita-
pit esse secundùm humani-
ctus & Incepit distrahuntur
indum humanitatem, ad si-
um primum esse simplici-
hristi,sed humanitatis (quæ
hristus,sed substātia, quæ est
hrist) ita valent hæ;(præja-
cant) Christi humanitas est
pit esse; quæ si falsæ essent,
q; essent judicandæ redupli-
l specificativæ illæ, Gabriel
3. dist. 7. quæst. un:

Τὸ simpliciter interdum opponi Efficaciter ostendit hoc exemplum,seu potius hæc distinctio: quædam signa significant simpliciter,quædam efficaciter. Sic Biel lib. 4. dist. 1. quæst. 2. Aliud est instituere signum ad significandum simpliciter, & ad significandum efficaciter.

Ἀντία φύσεως.

Ἀλλαφύσεως & παρὰ φύσιν differunt Mercato sic. Secundum naturam illa maximè dicuntur quæ proveniunt à principiis, materia & forma convenienti modo se habentibus. Secundi ordinis κατὰ φύσιν sunt quæ solum ab alterutro principio fiunt altero plurimū vitiato aut corrupto & quia forma magis est natura quā materia ideo in quibus forma servatur ejusq; vis illa magis secundum naturam haberi debent quam ea in quibus forma vel penitus vel quasi est deperdita vel obscura residet, propria tamen materia remanet.

Ea contrà ἀλλαφύσεως dicuntur quæ subjectum excessu magno & notabiliter lædunt,ut ait Merca: Ac quibus neq; forma neq; materia similis servatur toto genere contra naturam censenda sunt, quia tota natura in his ferè deficit.

Media inter hæc extrema vocari possunt præter naturam. Morbus igitur est quid præter naturam quia in eo forma partis materia manente evertitur & mutatur, ita ut extra limites naturæ sit. Morbus enim est vitium formæ non materiæ, sive formam intelligas accidentalem sive partialem. Ita causæ etiam & Symptomata præter naturam appellātur, quia formam vel materiam ejus, cujus Symptomata & causæ sunt, vitiant.

Morbi tamen qui sunt in tota substan-

 tia

tia(id est quoad materiam & quoad formam) CONTRA naturam esse rectè dicuntur ut Elephantiasis & similes habituales ac fixissimi. Hi à materiæ vitio originem trahunt & mox formam partis vitiant. Alii verò morbi incipiunt à vitio formæ & in materiam parum vel nihil agunt. At enim inquis. Galenus lib. de morb. & symptom. cap. 8. ait, quosdam morbos esse secundum naturam. Si omnes morbi lædunt naturam, & existunt à principio externo violēto, quomodo quidam κτ̀ φύσιν, existunt ut sextus digitus, Polypus, Pterygion, caro adaucta in hulcere & alii qui originem trahunt ab utero. Respondetur: sunt secundum naturam seu naturales κτ̀ 2, id est, non quidem quod sua natura non sint contra naturæ institutum sed quòd fiant à principio interno, à nutriente potentia seu anima: quod principium cum non habeat se modo naturali & convenienti ac secundum naturam: seu quoniam fiunt modò dicti morbi à principio cooperante ad eos, sed à causa, quæ vicem externæ habet, & impedit naturam, quo minùs rectè operetur: ideo quoque non secundum naturam esse dicūtur.

Mechanica opera multa, ut admirabilia, fiunt præter naturam, non contra naturam.

Interdum ἀντίον φύσεως & παρὰ φύσιν accipiuntur pro eodem ut cum dicit Johannes Serranus, pæderastiam seu masculum venerem esse vitium, παρὰ φύσιν, & contra naturæ leges:

Ἀπὸ pro Ex.

Ἀπὸ φρενὸς λέγειν pro ἐκ καρδίας λέγειν, i. e., ex animo.

ἀπὸ { Μνήμης / Γλώσσης / Στόματος } { λέγειν / Εἰπεῖν } { Id est, memoria exponere, ut Cicero loquitur, außwendig sagē

A ante N

Τὰ ἀπ' ἀρχῆς ἄχρι τέλους,
Vom anfang bis zum end.

Græcorum hæc phrasis duplicem habet significationem: 1. Rhetores Græci aliquando per τὰ ἀπ' ἀρχῆς ἄχρι τέλους id est, per ea, quæ ab initio ad finem usque sunt, intelligunt circumstantias. Hæ enim ab initio negotii usq; ad exitum ejus sunt considerandæ. Cic. in offic. per Synecdochen vocat Tempora. Græci καιρὸν. Temporibus necessariū, διὰ καιρούς τινας ἀναγκαῖον, id est, necessarium propter aliquas circumstantias.

2. Aliquando Græci per illa intelligunt è summo genere per species intermedias ad individuum usque, & minutissimas ipsius individui partes progressionem, aut tam simplicium quàm conjunctarum quæstionum è locis suis accuratam tractationem, quibus in locis circumstantiæ nonnullum locum obtinent. Hieron. Wolf. in Cic. Off. pag. 486. si tibi fas est, lege.

Ἀπόδοσις.

1. Ἀπόδοσις in Log. est altera comparationis pars; Latin. Redditio. Ejus nota, Ita seu sic. Ei respondet πρότασις, i. e. similitudinis propositio.

2. Est nonnunquam idem quod ἀντιστροφὴ in doctrina relatorum. Conversio est relati cum correlato: hæc Græcis est ἀπόδοσις & ἀνάκαμψις, i. e. commutatio, quæ in explicatione dicitur fieri, vel casu eodem, ut, Miles est Ducis miles, & Dux est militis dux (Sic commilito est commilitonis commilito, sine repetitione, quia relata sunt unius nominis vel diverso, ut autor est operis author, & opus est effectum ab autore. Sensus sensilem sentit, & res sensilis sensu sentitur.

3. R

s nonnunquam est idem
itio seu fusior explicatio,
or expressio ejus quod di-
ermog.
t solutio vel restitutio, re-
),assignatio. Ἀποδίδωμι e-
erdum repræsento, attri-
cio.
doctrina dé justitia.

Ἀποδύεσθαι.

& vestes exuere,& aliquid
t ad pugnam se accingere.
à luctaturis,qui deponunt
.d pugnandum sint aptiores
tiores.

Ἀποκατάστασις,

s est vox Politica & Physi-

at restitutionem in pristi-
um.
sitionem turbulentæ rei.
m planetarum anno verten-
em signo.Sic Solis ἀποκατάστα-
r temp' periodicum,quo Sol
eandem partem Zodiaci à
nùm processit.
postol.accipiuntur χρόνοι ἀποκ-
ως pro fine seculorum seu die
niversalis, quo omnia resti-
in integrum.Cap.3.

Apologus.

& fabula differunt, ut speci-
enus.Apologus est fabula, seu
o fabulosa, in qua bruta ani-
nducuntur loquentia.
s Poëticis ex Apologis eruitur
l ad formandum vitam, & mo-
l ad explicandum naturam re-
tile,diversum ab eo, quod sim-
fabulæ narratione continebu-
vocant Affabulationem,fabu-
asi appendicem, Græci ἐπιμύθι-

ον (Aphthonius Soph:) quod expositæ fabulæ adjungitur Tractationis plenioris Apologi exemplum pulchrû placet subiicere.

Apologus Antisthenis de concione Leporum inter Leones, pertinens ad sententiam Hesiodeam ἄφρων ὃς &c. stultus, qui vult pugnare contra potentes.

Leo olim omnibus animantibus conventum indixerat,ut communi consilio constitueretur de iis, quæ ad rempub. seu communem utilitatem animantium pertinerent. Sæpe ille audierat querelas multarum animantium imbecilliorum,præsertim,quod ungues & dentes reliquarum reformidare cogerentur.

Sæpe illum lepores,sæpe timidæ damæ, sæpe cuniculi rogaverant, ut defenderentur. Ipsos etiam mures fama est felem accusasse,Et quæ præterea alias animantes infestas habebant, questæ fuerant. Ergo ille indicto concilio rebus legitimè mederi conatus est. Ibi cum omnibus concessa esset libera fandi copia, & exponerent omnes consilium suum, lepores præcipuè magna contentione rem agebant.

Hos inter reliquis habitus sapientior unus,
Surgit & hæc illi concio dicta fuit.
Fœlices nimium populos,fœlicia regna,
Sors ubi jure pari civibus æqua datur.
Lex ubi justa viget,non omnia fortior audet,
Non validi vires legibus anteferunt.
Non premit imbelles passim vis improba cives,
Omnia sed placido mitis concordia vultu
Dirigit unanimi constituitq; modo
O utinam inter nos etiam ita viveretur,
Non tunc tot cædes passim fierent.

 Quod

Quod si mihi dicendum est, quod sentio, sic omnia rectè constitutum crediderim iri. Primum Rex ipse cum suis abstineat à cæde, & rapinis. 2. reliqui qui sunt potentiores assuescant & ipsi parcere debilibus. Tali ratione crediderim rectissimè constitui posse Rempub. animantium.

Hæc & plura in hanc sententiã côcionabatur. Nec mora, laudatur sentêtia leporis à pluribus, præsertim imbecillioribus, qui omnes dicebant rectissimum id esse, quod lepores suadebant.

Regius at contra solio leo frendet in alto,
Terribili reddens talia verba sono:
Optima nimirum verbisq́, ornata disertis
Concio laudati Rhetoris ista fuit.
Scilicet æquari summis vilissima quoq́,
Judicio rectum Rhetoris hujus erit.
Quis neget? Ast unum sermoni defuit isti:

Ungues videlicet & dentes leonini, quibus confirmaret concionem suam. Ne tamen frustra optimum consilium nobis dederint lepores, purpurea toga illos induendos esse censeo.

Dixit & extemplo leones omnes in lepores impetum facere jubet, & lacerare universos, atque ita purpurea toga illos donavit.

Affabulatio.

Fabula quid moneat facile sine carmine nostro
Quilibet indicio pervidet ipse suo.

Nil agit qui conatur in ordinem redigere potentes, *quibus ipsa potentia lex est*; Imò non tantùm nihil agit, sed & periculo exponit se & sua omnia.

Huc jam exempla accommodanda.

Aspice Chalcantẽ, qua fortuna usus fuerit.
Dixerat hic regi: contemptu injuria Chryse
Nos premit, inde lues, quæ dat tot corpora letho,

Funera plura dabit, virgo nisi reddita patri
Placatum nobis fecerit esse Deum. ira

Ibi tum ille (Agamemnon) furit mentis vix compos. Quod nisi Achilles pro Chalcante stetisset, fuisset trucidatus.

Concludatur Enthymemate. Scilicet hic regum mos est, ut quod illis libet etiam liceat. Et hoc est axioma ipsorum: Sic volo sic jubeo, sit pro ratione voluntas. Hinc leges figunt & refigunt. Præcipuè verò hæc fortuna eorum esse solet, qui sunt fideles præcones Christi. Hi sæpè sunt lepores leonibus legem dicentes, & accidit illis longè tristissima exilia, supplicia, exagitationes, & alia id genus. Exempla sunt in medio prorsus innumerabilia. Nam quia Dei immutabilis hæc voluntas est, quod non tantùm docere suos vult ministros veritatem, sed etiam impietatem mundi acriter reprehendere, accusare & damnare, fit hoc quod videmus. Arma parant hostes, stringunt enses, laqueos expediunt, & omnis generis supplicia exquirunt, ut tollant eos, à quibus arguitur ipsorum impietas. &c.

Afferatur exemplum Esaiæ, qui serra fuit dissectus à Manasse: Joannis, qui obtruncatus: Et tandem ipsius Christi, qui crucifixus. Sed tamen manet & manebit in perpetuum ministerium verbi cœlestis. In fine precatio addi potest, ut Deus confirmet illos qui leonibus concionantur.

Ἀποτελεῖν.

Ἀποτελεῖν Ciceroni est conficere, i. e. ad exitum perducere. Sic & Plato accipit.

Apotelesma.

Apotelesmata sunt effecta, quæ ex actionibus proveniunt. Latinè absoluta opera.

CANON *in quo indicatur Usus Vocis*

Quarum causarum simul & circa idem subjectum agentium, apotelesmata sunt communia, earundem actiones seu operationes manent propria & alteri nequaquam ὄντως communicantur, etc:

Locutio hominis est cõmune animæ & corporis opus, alia tamen est animæ in eo opere actio, alia corporis. Anima est dictatrix, res orationi suppeditans, corporis autem membra vocem & sonum, qui auditur, formant.

Scriptura est hominis apotelesma, *Alia hic est animæ operatio, alia corporis:* animæ est directio & gubernatio manus, & characterum imaginatio: manus est calami apprehensio, linearum ductio, atramenti illitio.

Culter est apotelesma fabri: commune animi & corporis: propria actio animi non communicatur corpori vel contra: Fabri enim anima formam cultri fingit, & quasi præscribit. Manus autem malleum id est ferrum tractat & incudem ferit.

Hominis illius. qui à primo ortu erat cæcus, sanatio fuit duarum naturarum Christi opus & ἀποτέλεσμα commune: in eodem tamen singularum naturarum agentium operationes manebant propriæ: divinæ naturæ erat virtutem videndi in oculos cœci infundere: Humanitatis erat lutum è sputo conficere & oculis applicare.

Canon.

Ἐνέργειαι, id est, operationes ad apotelesma destinantur.

Apotelesma Christi, quod est officii totius personæ Christi, à Damasceno vocatur θεανδρικὴ ἐνέργεια, Dei virilis actio.

 Etenim

Etenim in Christo operante, ut θεανθρώπῳ, ad extra considerantur.

Agens seu principium Quod, ἐνεργῶν.
Principia Quibus, ἐνεργητικὰ (vi agendi prædita) quorum alte-
rum κύριον αἴτιον (causa princeps) alterum instrumentale.
Operationes, ἐνέργειαι, ἐνεργήσεις.
Apotelesma: effectum personale: ἐνέργημα.
Officy nomen ἀξιωματικὸν.

Exempli causa.

Si consideretur ἀπολύτρωσις, seu redemptio generis humani, Agens σύνθετον est Christus seu θεάνθρωπος: principia seu formæ secundum quas agit, sunt ὁ λόγος & Humanitas assumpta, ad unũ apotelesma coordinata sociataq; & συνεργοῦντα. Actio τοῦ λόγου est traditio humanitatis in mortem, & illius sustẽtatio. Actio humanitatis est effusio sanguinis & perpessio mortis. Effectum personale seu Apotelesma Redemptio. Nomen officii seu ἀξιώματος Redemptor. Si consideretur Christi dominatus in omnia, Agens est Christus: τὰ ἐνεργητικὰ, seu formæ secundum & per quas persona agit, sunt λόγος παντοδύναμος, & humanitas divinissima Ενέργεια τοῦ λόγου est omnium motio cum patre. Actio humanitatis est consensus & approbatio omninoq; cooperatio illa, quæ ex ejus τελειώσει, id est, perfectione eximia & exaltatione existit. Apotelesma seu ἐνέργημα προσωπικὸν, id est personale est παντοκρατία seu exercitiũ omnis in cœlo ac in terra ἐξουσίας hoc est potestatis. Nomen officii seu axiomatis Regii est παντοκράτωρ, unde colligitur primo Apotelesma & nomen officii differre, ut abstractum & concretum. 2. Errare illos ut ἀπαιδεύτους qui apotelesmata & ἐνεργείας confundunt. Nam quorum unitorum substantia seu natura diversa est, eorum apotelesma quidem unum esse potest, sed actio una omnino esse nequit.

Mori pro mundi vita singularis ἐνέργημα est Christi, secundum humanam naturam non est Apotelesma, utriusque naturæ, nec est ἐνέργημα Christi, secundum utramq; naturam: Divina enim natura non moritur pro mundi vita. vide Miscellaneorum meorum partem primam.

Facio syllogismum. Apotelesma est totius personæ Christi κατ᾽ ἄμφω considerata, sed mors pro mundi vita est Christi secundum carnem tantùm ejus propriam & singularem seu à communi exemptam, non etiam secundùm deitatem. Ergo non est apotelesma, quo de hic agitur.

Speciatim Apotelesmata in Astrolog. dicuntur.

Apotelesmaticũ n. accipitur ab Astronomis, pro eo, quod est docẽs de prædictionibus, seu divinationibus, ex dispositione & motu astrorum. Ac Astrologia dividitur in εἰσαγωγικὴν quæ tradit principia Astrologiæ, & ἀποτελεσματικήν.

Astrologiæ Apotelesmaticæ partes duę sunt
- Μαντικὴ καθόλου
- Γενεθλιολογική.

Μαντικὴ seu divinatrix universalis, est de prædictionibus universalibus, de regione aliqua, vel urbe, de aeris mutationibus cæterisq; magnis & primis effectibus. Genethliologica est, ad

ılorum hominum at-
e præcipuis corporis
næq; bonis malisvè,
cæ causæ permittunt,

;itur dicti sunt prædi-
vinatores genethliaci
:ibus,quæ sunt Astro-
nsa, vel effecta horo-
t partes,quæ geniture
riente emergit supra
em) seu ea, quæ cœlū
mpositione,corradia-
.u mutuo in natali cu-
:ere putantur. Græ-
άντα ἐκ τῶν ἀστρων πρὸς
ων συναυγασμοῦ.
ırs dicitur, quæ relin-
otelesma, id est, opus
χάνημα. Unde & ποιη-
κὴ dicitur, & μηχανική.
πρακτική,quę post actio-
quit opus.

Anatome ἀνατομή.

atome differunt: illud
ı Geometricum & Mu-
ificat enim ἀποτομὴν &
: semitonium (Boetio)
) seu anatomia est φυ-
: interdum sumitur pro
, seu incisione ipsa,
partium, quæ fit ab A-
ıterdum usurpatur pro
seu arte, quæ sua ha-
ata & principia inqui-
ibus in corpore huma-
ossint perfici per secti-
ione factā, (non quo-
ıuæ manifesta non es-
sectio, ut sunt compo-
um, figura & confor-
ıus seu colligatio cum
ıeru ,substantia & cō-
ıt partes duræ,an mol-

les, an mediæ inter duras & molles) color, usus, actio & officium. Hæc ars corpus distinguit in tres ventres & artus. Vel dividit truncum seu molem corporis in quatuor partes, Caput, thoracem, ventrem & artus. Horum singula rursus dividuntur in partes exteriores & interiores: quarum quædam sunt homogeneæ seu similares; quædam compositæ & instrumentales: atq; hæ aut sunt principales, ut cerebrum, cor, epar: aut sunt famulatrices seu inservientes, seu usum aliquem præbētes vel principalibus, vel toti corpori.

In Algebra numerus residuus dicitur Apotome. Ram. lib.1. Algeb. el.2.

Ἀπόστημα.

Ἀπόστημα 1. significat intervallum, interjectum spatium, distantiā. 2. digressionem. 3. degenerationem aliquam. Vis enim vocabuli defectum quendam in se continere videtur Zuinger. lib.1. de moribus cap.12.4. Suppurationem vel transitum corporis ex inflammatione ad pus.

Bergius 1. Eth. cap. dicto ἀποστήματα interpretatur discessum à majorum virtute & moribus. Lambinus magnum interjectum spatium.

Ἀποφόρητα ξένια.

Apophoreta in genere dicuntur, quæ auferri possunt, ab ἀποφέρεσθαι. Speciatim sunt 1. munuscula, quæ dabantur post cœnam convivis domum secum auferenda. Sueton. in Domit. 2. sunt munera Saturnalitia, id est, quæ dari consueverunt ipsis Saturnalibus, & nunc dantur Calendis Januarii, quæ annum novum inchoant. Suetōn. in Calig. vocat strenas.

3. Sunt liber in quo dona illa describuntur: vel ipsi versus, pro apophoretis missi

misſi datiq; (Ita etiam Xenia uſurpat Martialis, quæ propriè ſunt munera data miſſave hoſpitibus.)
Ex hoc genere eſt Alphabetum Votivum Illuſtriſſ. juxta ac Literatiſſ. P. ac D.D. Mauritii Landgr. Haſſiæ; quod quia artificioſum eſt adſcribere placet.

VOTUM
PRO INGREDIENTE ANNO M. DC. XIV.

TOTI NOSTRAE AULAE ET OMNIBUS EJUS ſtatibus ſacrum.

ANnus abit tranſactus, adeſtq; recentior annus;
  Bis ſit proſperior qui venit, atque abiens.
Chriſte rogo primum votum largire petenti,
  Da PACEM nobis, optime CHRISTE, tuam:
E verbo ſincera tuo DOCTRINA reſultans
  Floreat in templis, floreat inq; ſcholis.
GRATIA ſit populo DIVINA parata miſello;
  Haſſia quos RITUS jam tenet, obtineat.
JUSTITIA ad normam ſacrati Codicis, aptæ &
  Leges JUDICIUM conſtituantq; FORUM.
MARTIS OPUS, MILES PATRIUS, ſint rite parati,
  Nec quicquam timeant prælia, ſi ſit opus.
Ordo DOMUM talis regat ut benè proſit utrinq;,
  Pauperibus quo det divitibusque ſuum.
QUÆSTUS proveniant liciti, benedictus AGELLUS
  Ruricolis largo fœnore reddat opes.
Sanus ſit PRINCEPS, CONJUX, SOBOLESq; beata,
  Tuta ſit à bello PATRIA tota truci.
Votis Annue Chriſte meis, ſic aulica multùm
  Ξένια conducent proſperitate tua.
Τῷ Θεῷ, fac ſit concordia firma piorum,
  Zona velut Regis cingit utrumque latus.

Ἀπόχρησις.

Ἀπόχρησις eſt abuſus vel rerum, ut bonorum, vel vocum: ut Tapeinophroſyne propriè eſt virtus, ſed τῇ ἀποχρήσει, id eſt, abuſu vocis eſt vitium, quoqu[e] ταπεινὰ, id eſt, humilia φρονεῖ id eſt ſentit & terrena, & abjecti eſt animi [...] ut patiatur ſe veluti bubalum d[...]

monoptota pro Aptotis posuisse. Neutrum v. si sitaptoton, necessariò etiam pro accusativo & vocativo accipitur ejus, nominativus quod generale est omnium neutrorum: ut fas, nefas, hir, pus: Monoptota v. sunt, quæ pro omni casu una eademq; terminatione fungũtur, qualia sunt nomina literarum & numerorũ à quatuor usq; ad centũ. Mille quoq; indeclinabile est, & si qua inveniuntur similia, ut hoc A hujus a: hoc alpha, hujus alpha: hi quatuor, horum quatuor: hoc gummi, hujus gummi: hic & hæc & hoc nequam, hujus nequã: hi quot, tot, horum quot tot, & barbara plurima: sed magis omnia, nisi ea ad Græcam vel ad nostram regulam flectamus, vel ab authoribus flexa inveniamus.

Ἀρεστόν.

Ἀρεστόν 1. est placens, acceptum, placitum, gratum. Minus est quàm gratiosum.
2. Est æquum Εὐάρεστον bene acceptum.

Usus.

Usus est Luc. 12. c. in Actis Apost. Εὐάρεστος θεῷ bene acceptus seu bene placens Deo; Wolgefellig.

Ἀνθρωπάρεσκοι, studentes placere hominibus. In Ep. ad Ephes. cap. 6.

Ἀρετὴ

- Perfecta, quæ omnibus numeris est absoluta, quæ nulla crescit adjunctione.
  - καθόλου virtus
    - Justi viri.
    - Oculi.
    - Sutoris.
    - Equi.
  - ἐν μέρει in certo genere
    - propriè, ἰδίως.
- imperfecta
  - quę citra summum gradum est, affecta, id est, incoata, non consummata.
    - καθ' ὑπεροχὴν, virtus hominis quâ homo
      - moralis.
      - intellectualis.
  - ἀκύρως, id est, impropriè & ὁμωνύμως dicta, ut virtus furum & tyrannorum.

Ita accipit Aristot. 3. Polit.

Ἀρκτικόν.

Arcticum elementum, ἀρκτικὸν στοιχεῖον, id est, litera extensiva seu protédens, teste Terentiano, à Græcis vocatur S. propter hanc vim, quod brevem literam potest producere. Ait enim Terentianus, quem sequitur Melissus, In iis, quæ à principio S cum muta habent, id est, quæ incipiunt ab sc. sp. st. ut: scutum, scopus, spuma, stamen, stetit, schola, scribo, fieri positionem, etiamsi ad sequentem dictionem ambæ consonantes referantur, priorq; vocalis nuda seu sola dictionem claudat, ut:

Ferte citi ferrum, date tela, scandite muros. Æn. 9.

Immane studens agitur &c. Sil. lib. 9.

Brontesq́, steropesq́, Virg. Æn. 8.

Occulta spolia & plures de pace triumpos. Juven.

Sic imitatus sum:

Quando malè scribis, post stivam rusticus ibis.

Sed his rursus opponuntur:

Quocunq́, in fornice stantem. Horat.

Linquimus insani ridentes præmia [illegible]be.

Ponite spes, sibi quisq́, suas, Virg. Æn. 11.

Ignoscent si quid peccavero stultus amici. Horat.

In quibus exemplis nulla hujusmodi positione vocalis producitur. Itaq; in superioribus exemplis ego constituo Hellenismum.

Areticon in sphæra est Septentrionale seu aquilunare eiq; opponitur antarcticum, id est, meridionale, ab Areto, id est, ursa.

Ἀρκτικὸν quoq; est incipiens. Unde αἰτίον προκαταρκτικὸν Medicis est causa externa, irritans seu lacessens internam προηγουμένην (antecedentem) verbum est προκατάρχω.

Archetypus ἀρχέτυπον, πρωτ[illegible]

Cùm Theologi tùm Philos[illegible] pant hoc nomen in Scholis [illegible] opponunt ei ἐκτυπον. Archet[illegible] quando dicitur prototyp[illegible] ut [illegible] sapiétia dicitur ἀρχέτυπ[illegible] [illegible] efformat[illegible]m, ut [illegible] ago illius, [illegible]

ia est illa, quæ nobis pa-
ris mandata est. Anima
hetypi (Dei) instar, id.
creata est.

Αρχή.

Nominis communitas, ut
inus, hîc nonnulla est,
sophi & Medici dili-
cârunt.
de motus: Terminus à
bilicus Galeno in homi-
pium.
odiùs aliquid possumus
notiora sunt principia
m. Sensus est principium
& cognitionis.
um aliquid inest, prima
fundamenta sunt ἀρχαὶ

ædium, Carina navis, cor animalium.

4. Unde fit primò aliquid, ita ut non insit, ut propositi finis cognitio movens mentem agentis ad operandum.
5. Unde primò motus mutatioq; in corpore fit. Ita pater & mater sunt ἀρχαὶ prolis.
6. Cujus voluntate movemur, ut sunt principes.
7. Artes ad quas feruntur operam ... imè architectonica ars est ἀρχὴ operationum artificis.
8. Unde res primò cognosci potest. Ut suppositiones immediatæ, & indemonstrabiles propositiones, Demonstratio.
9. Omnes causæ tam internæ quàm externæ.

- ...m
  - ut est.
  - ut cognoscitur: Cognitionis principia, de re scire
    - Eam esse, τὸ ὅτι, hoc est
      - Substantiæ: ὅτι ἔστι: Substantiam esse.
      - Accidentis ὅτι ἐστί; Accidens Substantiæ inesse:
    - Causam cur sit: τὸ διότι
      - Substantiæ τί ἐστι; Substátiam per has causas, quæ definitionem ejus complent, esse
      - Accidentis; διότι ἐστί; Accidens propter has causas subjecto inesse.

Æsymnetia.

t vel per totã alicujus vi-
ertum tempus aut omni-
ut præfinitarum, ex suf-
lectione (non hæredita-
absoluta potestas.

Species est principatus regis seu regia, & floruit apud antiquos Græcos.
Qui hoc imperium tenebant dicebantur Æsymnetæ. Aliis igitur hic dominatus conferebatur perpetuus, id est quoad vixerant vel aliquãdiu (μέχρι τινῶν ὡρισμένων χρόνων ἢ πράξεων) seu ad tem-

tempus quoddam: quod quidem per ſe & ſimpliciter præfinitum eſt, ut ſi in decem annos creetur Æſymneta: aut ex conditione ſive rebus gerendis, ut ſi creetur donec quiddam geſtum confectumq; fuerit. 3. Politic. Ariſt. & Montecatinus.

Ariſtot. ibidem: Æſymneteia eſt, ut ſummatim dicam, αἱρετὴ τυραννὶς id eſt tyrannis (Græcorum) ex electione, differens porro à barbarica, non quod non ſit ex lege, ſed eo tantum quod non ſit hæreditaria.

Talem dominatum ſuæ civitatis Florétini dederunt Ruperto Neapolitano Regi ad quinqennium anno 1312. &

Carolo Duci Calabriæ ejus filio per totam vitam anno 1325.

Τυραννίς) Unus enim eſt è regni modis diminutis ſeu imperfectis ſeu nothis. Et liberam prorſus, id eſt, ab ipſis pendentem, Æſymnetæ habent poteſtatem, imperantq; ſuo arbitratu, hoc eſt, ex libidine & cupiditate quisque ſua, inquit Montecatinus, ſuam non communem utilitatem in imperando dominandoq; ſpectant, quæ tyrannis & dominis attribuuntur. Idem ex 4. Politic.

Æſymnetica poteſtas regia eſt per electionem creata.

Regiæ ſeu monarchiæ regiæ ſpecies ſeu modus.
- Imperfectus
  - 1. Militans. Laconicus principatus.
  - 2. Mixtus ex regia & tyrannide. Barbaricus.
  - 3. Æſymnetia, tyrannis per electionem ex univerſo populo. Priſcorum Græcorum.
  - 4. Heroicus, qui extitit temporibus heroicis.
- Perfectus ſeu verus.
  - 5. Quaſi paternus: vel ejus, qui quaſi Deus eſt inter homines. Græcè παμβασιλεία: Principatus unius optimi viri, civitatem liberè adminiſtrantis.

Ἀσύστατον.

Ἀσύστατον eſt latinis inſolubile, & implicatio contradictionis, quod ſeipſum evertit vel alia axiomata, non cohærens. Opponitur ei συνεστηκός. Vicinum huic ἀδιάλλακτον & ἀσύμφωνον. Itaq; nonnunquam conjunguntur, ut; hæc tam ſunt ἀσύμφωνα, ἀσύστατα & ἀδιάλλακτα, ut nullis verborũ pigmentis diſſimulari, nullis exceptionum præſidiis defendi, nullis diſtinctionum ſtrophis conciliari poſſint. Dan. Tilen. diſp. 10. th 23. Ἀδιάλλακτα ſunt, quæ ἐναρμονίως componi non poſſunt.

Ἀσύστατα ζητήματα, vel Aſyſtata argumenta, ſunt quæſtiones vel rationes, quæ non ſubliſtunt.

Ἀσύστατα ſpeciem faciunt ψευδόμενον, cum ejusmodi res proponitur, ut ne ... quidem eſſe, quod fingitur. D... Illyrici de peccato Originis, ... ſit ipſa prava hominis οὐσία, vel ...

ante T
formata sit à Satana in
m, quam filius Dei re-
ἀούσιον. Nam ait Il-
ius Victorinum Strige-
as sic fuit creata qui-
sed transformata est à
iam pravam naturam,
s filius Dei regenera-
am ego, Christus non
eccatum: Prava igitur
peccatum, nec pecca-
natura, accipiendo, vo-
ργο ὕλη, Sed transfor-
ούσει Flaccii opponitur
ospeti contra Collato-
n arbitrium naturaliter
um manet in Natura,
conditione mutata per
it illud Friderici Beur-
arat. Logic. Non vide-
vel alia ratione, quam
primùm fuit ornatus,
one utendo alia via pro-
nq; Scripturam propo-
. Nunc autem homini
IOVA aliàve ratio infusa
ris rationis igniculi &
ctæ sunt, quæ excitatæ,
ari incipit homo, à Spi-
itatus, fiunt illustriores.

Ατομον.

a à quibusdam accipitur

pro individuo, ut est Plato, Aristoteles. Ubi nonnulli etiam subintelligunt εἶδος, ut sit Ellipsis substantivi: A quibusdam pro specie ultima seu specialissima, qualis est homo, species atoma seu εἶδος ἄτομον accipitur; quia dividi non potest in alias species.

Atomi in veterum nonnullorum, ut Lucretii, Physiologia, sunt individua corpuscula, quæ interiecto inani inter se cohærescunt & aliæ apprehendétes alias cótinuantur, unde omnia efficiũtur. Cicer. De his intelligend° est locus Scaligeri exerc. 6. sect. 4. Epicurus forte quadam corpuscula illa coire atq; dissolvi scribit, ad omnia conficienda reficiendáve.

Ατομον { Simpliciter
κατά τι. Hoc dividi potest. Scal. ex. 307. s 17. }

Axioma.

Cujusq; rei essentia est ἄτομος. Scaliger dicit indivisibilis. Exerc. 106. sect. 2.

ATONA. ἄτονα

Atonon aliter accipitur in Grammaticis, alìter in Physicis & Medicin. 1. igitur atona sunt tono carentia seu accentus expertia.

ne
:

- ὁ, ἡ — nisi sequatur δε per Apostrophon:
  - ὁ δ᾽ ἀκούσας τοὺς λέγοντας, &c.
  - ἡ δ᾽ ἀγαθὴ τύχη σπάνιόν τι.
- εἰς, ἐς, ἐν, ἐκ, ἐξ, εἰ, οὐ, οὐκ, οὐχ — nisi postponatur dictio Enclitica:
  - εἰς τὴν ῥώμην. εἴς τε τοῦ διὸς ἀνελθών.
  - ἔν τε τῷ σιωπᾷν καὶ ἐλπίσαι.
  - ἔκ τε τῆς ἀπραξίας πράγματα· καὶ ἐξ ἡδονῆς τὸ δυστυχεῖν
  - εἴ με ἀγαπῶν διατελεῖς.
  - οὔ τις ἄνευ θεῶν ἀρετὰν λάβεν. Simonid.
  - ἀλλὰ γὰρ οὔποτε πρὸς ἡμᾶς ἦλθεν. &c.
  - οὐκ ἔστι πόνων ἀνάπαυσις. Euripid.

M. Mi-

M. Michael Boschius, in appendice Græc.

Hinc dictionis ἀπονία dici potest tanquam affectionis privatio. Secundò ἄπονον est inefficax, languidum, torpens, imbecillũ. Ἀπονία est virium defectio lãguor, imbecillitas infirmitas debilitas, Stomachi ἀπονίαν Medici Physici vocant affectione meam stomachi, qua fit ut non sit tenax cibi. Ἀπονία in cantu è solœcismis Musicis unus est,

Atopa.

Ἄτοπα sunt interdum ineptiæ.

Interdum ἄλογα & ἄδοξα seu absurda & incommoda. Interdum παράδοξα.

Interdum res insolentis, turpis, & damnati argumenti. Sic dicta, quod nullum artis admittant locum,

Scaliger.

Vel exercitationis vel officii causa multa Encomia scripta sunt, quibus Atopa, id est, res damnati argumenti, etiam nefaria quædam commendarentur, cujusmodi est oratio de Busiride, de febri quartana, de Pestilentia. Quædam etiam ridicula, de Calvitio, de ventris capitu, de Musca, de culice, de Ansere. Encomium Moriæ, id est, stultitiæ, Erasmi dignum lectu est. Extat & carmen in laudem scriptum Calvorum, quo aliquando me oblectavi, scriptum tempore Imperatoris C. Calvi, cujus initium:

Carmina clarisonæ Calvis cantate Camœnæ.

Αὐθέκαστος.

Αὐθέκαστος est, qui suus est, qui lex est sibi ipse νόμος ὢν ἑαυτῷ, ut loquitur Aristoteles lib. 4. Eth. cap. 14. Ac se ipso enim pendet, & quicquid ratio dictat, id loquitur agitq;: Nisi, inquit

Theod. Zuing. illud αὐθέκαστος ἦν in Arist. Eth. lib. 4. cap. 13. referre vellt ad ipsius veritatis essentiam. Veritas enim in rerum nostrique intellectus conceptuum & sermonum conformitate posita est. Verax igitur omnia quodammodo erit, cum res omnes tales quales sunt ratione complectatur. Atq; hac ratione erit αὐθέκαστος. Deo convenit hoc attributum seu Epitheton κατ' ἐξοχὴν, quia est αὐτοαλήθεια, i. est, ipsa veritas. Platon.

Accipitur etiam pro constante & gravi in suis consiliis, moribus, sententia.

Αὐτοέκαστος est idem quod pro se quisq.

Αὔξησις.

Auxesis physica aut est maximè propria, aut quodammodo impropria; seu augescit aliquid vel novæ substantiæ appositione, vel rarefactione, ut: Aquæ maris augescunt pleniluniis nõ novæ substantiæ appositione, sed rarefactione, ex. 56. sect. 5.

Lapides grandescunt, non augescunt. *Scalig.*

Αὐτεξούσιος.

Αὐτεξούσιος ὁρμὴ Basilio Magno in Oratione quod Deus non sit causa peccati, est vis libera arbitrii, Ἡ, inquit, μάλιστα πρέπουσα λογικῇ φύσει, quæ maximè naturam rationalem decebat, id est maximè conveniebat intelligenti naturæ.

Sic accepisse à Deo, ait hominem ζωὴν αὐθαίρετον, id est, vitam ejusmodi quæ libertatem electionis haberet, propterea quod κατ' εἰκόνα θεοῦ (ad imaginẽ Dei) facta esset.

Τὸ Αὐτὸ

Vocis ὁμωνυμία, nè offundat veritati tenebras, discutienda est.

est rei substantia seu οὐσία
10. Τὸ Αὐτὸ minimè secum
d qualitates adventitiæ,
antiæ nihil est contrari-
tamen magis & minus, id
ibi contrariæ, non qua-
æ ejusdem communitate
r, sed quatenus in se reci-
tes ἧττον καὶ μᾶλλον. Cibus
n est magis cibus, at alius
ius malus
τὸ ἔτερον (adventitium.)
substantiam, & id, quod
quod est, per se est, ut: αὐτο-
κινοῦσις: aut quod per se a-
od agit, ut αὐθέντης, id est,
το ἐνεργητικὸν fuerit, quod
vim agendi: ἑτεροενεργητι-
alio habet vim activam.

Αὐτοδίδακτος.
st is qui absq; ulla disci-
itur, idque vel per se sola
atione & contemplatione
subsidio librorum tan-
orum præceptorum. Prio-
: & absolutè αὐτοδίδακτοι
tantū respectu præcepto-
voce docentium, quibus
erunt, appellantur. Ita αὐτο-
t Joh. Picus Mirandula
aculum. Joh. Franciscus

ον ipsum singulum.

st, Ipsum Ens seu οὐσία cu-
uæ in subjecto nullo est)
lç appellant Quidditatem
De hoc Scheg. 6. demon-
lux est, mentis, qua ipsum
nempe αὐτοέκαστον intue-
um est lumen, quo videti-
sse aliud ipsum, quia αὐτέ-
um, Αὐτοέκαστον ὂν & ἓν nul-

lo accidente adulteratum est penitus est ἀμιγὲς. Nec tamen quamvis tale sit unum & totum à nobis sine sensu & numero & partibus cognoscitur propter ruditatem & imbecillitaté mentis nostræ, quæ primas sine sensu singularum rerum nequit comprǽhédere notitias. Ita ἐκ τῶν ἑτέρων ὄντων mente efficiente & sensu subministrante constituitur αὐτὸ ἓν & νοητόν. Hoc ὅλως ὅλον est & ἀδιαίρετον seu ἀμερὲς κατ᾽ οὐσίαν (non συνεχὲς ὅλον) non ἀμερὲς κατὰ στέρησιν, ut privatione punctum unum & ἀμερὲς appellamus. 14. demonst. Schegk. Vide Platon. in Sophista περὶ τοῦ ὄντος & θατέρου & horum συμμίξεως.

Ipsum & esse ipsius sunt unum & idem simpliciter seu numero, quo nullum est simplicius, unum nempe αὐτοέκαστον Sch. lib. 3. demonstr. p. 69.

Prima sunt αὐτοέκαστα nec aliud sunt ipsa & aliud esse ipsorum,

Primum & simplicissimum esse est quod intelligitur & dicitur idem simpliciter, seu OMNINO: non κατὰ μετοχὴν idem (ut Genus & species) non κατὰ πάθος quoddam proprium: non κατὰ συμβεβηκὸς, id est, secundū accidens aliquod inhærens: sed ratione hac qua ipsius essentia definitur, qua quamq; rem primò, verè & simpliciter esse intelligimus unam & per se (καθ᾽ αὑτὴν) & αὐτοέκαστον quoddam.

2. Accidentia certis subjectis astricta dicuntur per se quiddam & αὐτοέκαστον esse, non ut substantiæ simpliciter, sed *Relatione* ad certam substantiam cuj⁹ subjectione definiuntur ἐκ προσθέσεως ὄντα, propria & accidentia συνδεδυασμένα. Schegk. demonst. libr. 4. pag. 105.

3. Αὐτὸ ἕκαστον κατ᾽ ἐξοχὴν ipsum singulum est Deus Platoni, cæteris dans esse.

Αὐτο-

Αὐτόκακον.

Αὐτόκακον, id est, ipsum malum, non est, ut contrà αὐτοαγαθὸν est. Quia malum non est ipsum per se aliquid, cum bono, ut subjecto, sit posterius.

Αὐτοκίνητον

Αὐτοκίνητον 1. propriè tribuitur Deo, qui motum & omnia ex se habet finis & originis expers. 2. à Platone tribuitur animo hominis, qui seipsum moveat habens imaginem τοῦ θείου μιμητικὴν, ut alicubi dixi (in voce Imago) Magnificum sanè & θεοπρεπὲς animi Epithethon: quod Ambulacrorum Aristoteleorum candidatis displicet.

Αὐτο ὄντα.

Αὐτο ὄντα (ipsa) vel ὄντως ὄντα significantur nominibus & verbis finitis. Participant autem pluribus diversis, quę exprimuntur nominibus infinitis.

Αὐτοφυὲς.

Τὸ αὐτοφυὲς acceptum substantivè est naturæ proprietas. Αὐτοφυὲς adjectivum opponitur ascititio: & significat, quod existit sine seminio gebohren oder gewachsen von jhm selbst/ Sponte naturæ proveniens. Τὸ αὐτὸ enim, inquit ille, habet aliquid apud Græcos, quod haud scio, an sit apud Latinos, ut ultroneum seu spontaneum significet: Quod ostendit vox αὐτόματον & hæc φράσις: αὐτὴ ἡ θύρα ἀνοίγνυται, per se janua aperta est, sua sponte patuit. Dicitur & αὐτόφυτον pro innato seu, αὐτοφυεῖ. Per translationem Deus dicitur αὐτόφυτος, quia à se & per se est. Μονοφυὲς unigenitum est, simplex unius naturæ, non geminæ. Voce αὐτοφυὴς pulchrè utitur Scal. ex. 6. sect. 7. cum ait: Artifex cum ex domo immateriali facit domum materialem, cum formam imponit materiæ, non autem excipit extrinsecus tanquam hospitem aut inquilinum, sed habet indigenam atq; αὐτοφυῆ.

LITERA. B.

Βάναυσος,

Βάναυσος 1. propriè est artifex opera sua igne conficiens: Alias vocatur fornacarius, quòd circa fornaces & caminos exerceatur Ulpian.

2. Per Synedoché ponitur pro quolibet artifice manibus opera sua efficiente pro quolibet illiberali sordidové opifice. Hieron. lib. 1. contra Pelag. Ita τέχνη βάναυσος est Aristot. 1. polit. tex. 126. ars vilis, sordida, illiberalis, ignobilis; & Platoni φιλότης βάναυσος est amicitia trivialis.

3. Aristoteli in Ethicis lib. 2. cap. 7. βάναυσος est sumptuosus, qui temerè, inconcinnè, immoderatè, profusè magnos sumptus facit artificum vulgarium more, qui magnos sumptus facit in res parvas & exiles absq; judicio: Dicitur ἀπειροκαλία, hoc vitium cui oppositum est μικροπρέπεια, quæ parvos facit sumptus in res magnas, ubi larga impensa opus erat. Deducunt vocem à βαῦνος (fornax, caminus) βαναυσία igitur Aristoteli est operaria in sumptu faciendo insolentia, ut vertit periphrasticè Lambinus.

Βαρβαρισμὸς.

Peregrina seu Barbara.		
Vernacula quidé, sed vitiosa	Scripto, ut Squybala, p Scybala.	
	pronunciatione	Jotacismus.
		Lambdacismus.

in singulis verbis: Solœ-
ntextu, vel complexu o-
nim vitiosa compositio;
st vitium orationis ab
inscitia profectum sive
in ligata oratione. Me-
catur in carmine, qui in
ne dicitur Barbarismus,
pro Thymber, olli pro
omede & Donato vox
eregrina appellatur Bar-
est, barbara dictio, non
, ut Barbarismus sit viti-
i seu sermonis, quod ad
et; id est, unius verbi vi-
onustus pro onustus, jo-
jucundus.

Etymologia.

Græciam profecti, cum
i co〈m〉arentur, atq; pro-
sæpe in voces absonas
bari dicti sunt, sicut ille
Bambalio apud Cicero-
r. Barbarum pro Rustico
ccipitur, ut Barbarus ser-
stico. Lambdacismus est
, cùm L plenius æquo
ur. Jotacismus est, cùm
ra justum decorem in di-
extenditur. Sunt tamen
Jotacismum dicant, cùm
tiones ab I litera incipi-

Βωμολοχεύεσθαι. Βαυκοπανοῦργοι.

Βαυκοπανοῦργοι Aristot. lib. 4. Ethic. sunt, versuti veteratores, vel gloriosi veteratores, (utrumque mihi placet) qui ex rebus vilibus (quales sunt βαυκίδες) quas contemnunt, & sibi adesse vel dicto vel facto negant, licet manifestu sint, gloriolam captát. Sic Zuingerus: βαυκοπανοῦργοι cùm parva quædam & vilia bona sibi ipsis adesse dissimulent, spe tamen gloriolę cujusdam veteratoribus (qui vilis lucelli causa pro novis vetera emptoribus obtrudere non verentur impostores) similes sunt: Eos enim, quibus cum versantur, dissimulatione ista fallere volunt, & ex hoc levi gloriæ contemptu, majorem gloriam aucupari. Secundùm hæc accipiendum est Distichon vetus: Nec te collaudes, nec te culpaveris ipse; Hoc faciunt stulti, quos gloria vexat inanis. Βαυκίδες autem erant genus muliebrium calceamentorum Jonicum. Pollux & Eustath.

Βίαιον

Τὸ βίαιον violentum est οὗ ἔξωθεν ἡ ἀρχὴ μηδὲν συμβαλλομένου τοῦ βιασθέντος, cujus principium extra est, cum id cui vis affertur nullam operam conferat. A. 3. Eth. c. 1. Vim afferentia seu cogentia Græcis sunt etiam ἀναγκάζοντα, Τὰ ἀναγκαζόμενα sunt Aristoteli ea, ad quæ impellimur à potentiore.

De ſcriptio autem violenti data convenit in violentum ἁπλῶς, i. e. ſimpliciter & propriè dictum: Non autem in violentum dictum q. per accidens vel κατὰ σ., de quibus hoc Ariſtotelis 3. de morib. c. 1. Quæ καθ' αὑτὰ, i. e. per ſe quidem invitè ſuſcepta ſunt, ſed hoc tempore & in horum locum optabilia, quorum deniq; principium eſt in eo, qui agit; ea per ſe quidem invitè ſuſcepta ſunt, verum hoc puncto temporis & in horum locum ſponte ſuſcepta: iis tamen quæ ſponte ſuſcipiuntur (ἑκουσίοις) ſunt ſimiliora.

3. Nam in rebus ſingularibus verſantur actiones. At res ſingulares ſponte ſuſcipiuntur, πάντα δὲ ἑκούσια.

Jucunda violenta non ſunt, ait Ariſtot. quia violenta dolorem ac moleſtiam afferunt. At jucunda voluptatem.

A Logicis & oratoribus βίαιον ſeu violatio eſt, cum ſigna invertuntur, Vide Eraſmum de copia.

Βούλομαι, θέλω.

Βούλομαι, volo, propriè tribuitur voluntatem habentibus, ut ratione præditis: Sic Deus, Angeli, homines volunt. Impropriè etiam rationis expertibus, ut cani, equo, terminis logicis. Βούλεται, Vult, ſæpè uſurpatur pro videtur ſolet, debet, videtur debere. Ariſt, 3. Eth. c. 2. τὸ ἀκούσιον, βούλεται λέγεσθαι &c. Quod ab invito fit, vult dici &c., i. e. ſolet vel debet dici. Idem Top. 6. τὸ δὲ γένος βούλεται τὸ τί ἐστι σημαίνειν, i. e. Genus videtur quid res ſit ſignificare. Ὁ γὰρ δικαστὴς βούλεται εἶναι οἷον ἔμψυχον τὸ δίκαιον. Nihil enim aliud videtur eſſe judex, quàm jus quoddam animatum.

Ariſtoteles etiam interdum θέλει accipit pro ſolet. Exemplum invenies in Rhetoric;

Βραβευτής.

Βραβευταὶ dicti ſunt, quorum partes ſunt in certaminibus præmium addicere ei qui vicit, nequis inter certãtes oriatur tumultus, nevè penes alium ſit victoria, penes alium præmium, ut loquitur Eraſmus. Hi olim regalia ſceptra geſtabant. Ariſtoteli lib. 1. Rhetor. juſti Brabeutes eſt cauſarum forenſium Judex δικαίου βραβευτής ἐστιν ὁ δικαστής. Βραβεῖον volunt dictum eſſe mutatione & tranſpoſitione literarum, à ῥαβδὸς, id eſt, virga, ſceptrum vel Palmea virgula, quæ victoriæ ſymbolum.

Litera. Γ.

Γάρον.

Γάρον 1. erat liquamen ex piſcis Gari primùm poſtea etiam ex Scombri inteſtinis Sale maceratis productum: Unde liquor promanabat, quo illa toto anno incorrupta aſſervabantur, & tanquam pretioſum edulium menſæ apponebantur. Vide Plin. & Pancirollum, in lib. rerum memorabilium. Huic liquori cognatus Muria. Hic eliquabatur ex thymno ſale macerato, & quantivis cenſebatur pretii. Utriusque uſus erat, ut panis his intinctus ederetur faciliùs & meliùs Ulpian: lib. 3. in pr. ff. de penu legat.

2. Garum etiam accipitur, pro compluriurn aliorum ciborum condimento ad luxum gulæ excogitatæ. 1 Sermon: Horatius.

Γαστρίμαργοι.

Γαστρίμαργοι, Ariſtot. lib. 3. Ethic Nicomach. ſunt, qui ventri usque ad inſaniam indulgent, qui ventrem præter modum implent. Latini vocant Helluones

non certo cibi genere,
è quibuslibet cibis ſeſe
homines λίαν ἀνδραπο-
admodum ingenio præ-
t verſiculus: Vivite Lur-
dones, vivite ventres.
dicitur γαστριμαργία, μάρ-
edacem.

Γένος.

nus accipitur 1. pro fa-
te:
enere ſunt hæreditaria

one & ſtatu rei. Sic acci-
es 3. Polit. tex. 95. Æqua-
ere tum potentia.
tate. Sic 3. Polit. tex. 63.
ales, id eſt, nobilitate.
communi multis ſpeci-
rticularibus aut ſingula-

etiam nonnunqnam pro
na, vel intima eſſentia ſu-
umpſit Ariſtoteles lib. 1.
42. ubi ait, Regem natura
is, qui reguntur oportere,
e.
, conditione & ſtatu quo-
uq; eminentiſſimo excel-
animæ ex virtute omnes
abente, id eſt, perfecta.
id eſt, eſſentia. Nam Rex &
ntia & propria forma eſt
o, nec magis homo quàm
c ignobilis:
eſt, cujus ſubjecta, de qui-
dicitur, ita differunt ſpe-
n æqualiter iis illud conve-
liis priùs aliis poſteriùs. A-
naloga.
ifferunt ſpecie, nomen ſpe-
lige latiùs etiam pro condi-
proprietate quavis res di-
e.

Species { vera; quæ dicitur de pluribus & differentibus numero. | quaſi; Mod', Ratio, Gradus.

Ολῳ γένει opponitur ex parte, ut cum di-
co: populus ex toto genere & ſimpli-
citer mutatus eſt, non ex parte & qua-
dantenus.

Γεραίρειν.

Γεραίρειν eſt honoris vel amicitiæ cauſa
donare. Γεραίρειν εὐφημίαις eſt fauſtis
proſequi omnibus.

Nazianz. Gen. 43.

Accipiens fercula de eo quod erat ap-
poſitum in conſpectu ſuo mittebat
Joſeph. ad eos, majusq; fuit ferculũ
Benjaminis, quàm fercula ſingulo-
rum illorum quintuplo. Quemad-
modum priſci illi Patres honoratiſſi-
mos quosq; viros aut ſibi amiciſſi-
mos & cariſſimos ſolebant γεραίρειν,
ut Athenæus lib. 1. dipnoſoph. do-
cet. Vid. Fr. Jun. & Imm. Tremell. an-
notat. in 43. Gen.

Γίνεσθαι.

Γίνεσθαι modò eſt fieri, modò eſt naſci.
modò eſſe. Fieri vel mutatione vel
aſſumptione vel creatione, &c. Κόσμος
δι' αὐτοῦ ἐγένετο, mundus per ipſum fa-
ctus eſt, id eſt, conditus. Joh. 1. Vide
verbum Fieri.

Γνώμη

Gnoma primum eſt ſententia vel veluti
regula quædam utriuſque vitæ tam
contemplativæ quàm activæ brevi-
tate ferè laudabilis. Sic Theodorus
Zuingerus: Γνώμη ſententiam brevem
(Græc: συνοπτικὴν) ingenioſam & ro-
tundam ſignificat, qua tanquam gno-

mone & regula quadam uti liceat in practica simul & theorica vita. Huic subiiciuntur proverbia multa, Anthologiæ Poëtarũ, Apophthegmata, quæ gnomæ sunt, quibus respondetur interroganti, Aphorismi Hippocratis. Scriptores dicuntur Gnomologici.

Secundo Ethica Axiomata κατ' ἐξοχὴν apud veteres γνωμῶν appellationem meruerunt.

Tertio Aristoteli Gnoma in Ethicis est Æquum & rectum judicium de aliorum dictis & factis: ὀρθὴ κρίσις ἐπιεικοῦς, hoc est rectum judicium viri æqui & boni. Dicitur εὐγνωμοσύνη. 2. lib. mag. moral. c. 2. id est facultas benè seu benignè judicandi, & sentiendi de aliorum factis & dictis; qui ea præditi sunt, dicuntur εὐγνώμονες (bene sentientes) id est, æquas de aliorum dictis & factis ferentes sententias. A Gnoma diminutivum est γνωμίδιον, id est, sententiola.

Τῇ γνώμῃ adjuncta est συγγνώμη, id est, venia & condonatio erratorum: unde συγγνωμονικὸς, id est, propensus ad condonandum.

4. Γνώμη accipitur pro sensu interiori, qui cõmunis dicitur. Hipp. in Aphorismis. Qui magnis doloribus vexantur, quos non sentiant tamen, his γνώμη laborat, id est, sensus cõmunis (quem Græci nonnunquam, λογισμὸν κοινὸν vocant) ubi alii γνώμη verterunt Mens; sed ἀκύρως: mentis enim facultate intelligitur, non sentitur. Vide Scheg. 1. Top. pag. 111.

GNOMON.

1. Gnomon est perpendiculum, hoc est instrumentum architectonicum è plũbo & filo (Interdũ per Synecdoch: dicitur Linea) Bleiwage/ Senckel. Gravia suopondere feruntur ad gnomonem; id est, ad perpendiculum; quod duplex est: unum ad explorandum rectum, sublime ut utrum columna, vel quævis structura, sit recta ad planum Horizontis, ne quoquam inclinet, seu propendeat: Vocatur ἀπαρέγκλιτος (non inclinata, non propensa). Alterum ad explorandum planitiem plano Horizontis parallelam. Itaq; cum filum ab angulo recto in medium basis inciderit, indicabit libratam longitudinem. Latinè libra & libella.

Norma aliud est. Est enim instrumentum ad lineam rectam rectè erigendam in eodem plano super rectam atq; inde superficiem & corpus, super superficiem corpusvè Winckelmaß.

2. Gnomon est alterum parallelogrammi diagonale (particulare hoc est parallelogrammum) cum duobus complementis, id est, particularibus parallelogrammis comprehensis à conterminis diagonalium lateribus.

3. In Arithmetica figurata impar numerus habet se ut Gnomon. Monstratur enim in illa quolibet impari numero proximum quadratum augeri tanquam gnomone. ut ternario unitati circumposito fit quadratus numerus: ei si quinarius circumponatur, generatur novenarius, qui & ipse quadratus est, cui septenarius ad latera circumjectus procreat etiam quadratum, qui efficitur quaternario in semetipsum multiplicato. Schegk. in commentar. in prædicam: Aristotelis pag. 88.

Aliud à gnomone & perpendiculo est Amussis, instrumentum ducendæ rectæ lineæ (à puncto ad punctum) quam etiam vocant Regulam.

Γνωστὸν, ἄγνωστον.

Γνωστὸν Barbari dicunt cognoscibile pro

malunt dicere cogno-
hiimprobantur)Eſt au-
n potentiæ cognoſcen-
ognoſci, vel ſub cogniti-
:ut: Bonum, ut contrari-
o non eſt γνωστὸν. Album,
m, ſine nigro cognoſci
Eſt autem γνωστὸν vel per
(hoc nullam probatio-
)Græcè δι᾽ αὑτὸ γνωστὸν, vel
eu eſt γνωστὸν aliquid vel
eſt, ſecundùm ſpeciem:
ον, id eſt, ſecundùm pri-
Cognitio ſecundùm ſpe-
æ cognoſcitur in ſeſe: ſe-
tionē (quæ negatio for-

mæ eſt) cognoſcitur id, quod cognoſcitur per aliud, ut privatio per habitum. Vide Scotum. lib. 4. diſtinct. 1. & Ariſtotel. 4. 7. & 9. primæ Philoſophiæ. Hinc fit, ut privationes diſtinguantur ſpecie, ex diſtinctione habituum ſpecifica, & Numero, ex diſtinctione habituum numerali: Quod Scotus ad peccatum applicat. Quodlibet. lib. 2. d. 37.

Ὁμοίως γνωστὰ ſunt æquè nota: ἀνομοίως γνωστὰ contrà. In ſpecie & per Synecdochen interdum Philoſophis γνωστὸν eſt πεφυκὸς ἀποδείκνυσθαι. Sic Schegkius: γνωστὸν, id eſt, πεφυκὸς ἀποδείκνυσθαι ſeu demonſtrari, ſe ipſo nihil eſt.

Diſtinctio hæc εἰδικωτέρα eſt:

ἁπλῶς
- αἰσθητὸν, Senſile.
- δοξαστὸν, Opinabile.
- ἐπιστητὸν, ἀποδεικτὸν. Scibile, Demonſtrabile.

Κατάλ. Πιστὸν in Theologicis.

ur Ἄγνωστον, quod cogno-
ſt, ut quod ſupra vel con-
n aut fidem eſt. Diſtingui-
νωστὸν. Concluſio quæ-
ιὴν ἄγνωσις. Vide Schegk.
m Analyt. Ariſtotel.
vè, ſic γνωστικὸν activè ac-
τικὸν enim dicitur, quod
gnoſcendi præditum eſt,
n. Τὸ γνωστικὸν Phyſicis eſt
ognoſcens.

ici) fuerunt quidam hæ-
pter inſignem eruditio-
falsò ſibi vendicabant,

ita dicti. His non diſſimiles etiam noſtro tempore inventi ſunt: de quibus dici poteſt ἀεροπατεῖν. Quæ vox ſignificat in aëre ſublimem ambulare.

Γραμμή.

Γραμμὴ 1. linea eſt: 2. funiculus fabrorum, qui intingitur in rubricam: vel figura longa ſine latitudine & altitudine: virga ducens lineā, id eſt, radius Geometrarū Γραμμὴν ἄγειν eſt lineam ducere. Γραμμὴ κυκλοτερὴς Anatomicis eſt Iris, id eſt, pupillam ambiens circulus.

Γραμμικαὶ ἀποδείξεις ſunt Mathematicæ

 de-

demonstrationes; quia sunt lineares, id est, lineis & figuris fiunt.

Γραμμοειδῶς φέρεσθαι Aristoteli de mundo est ferri lineari figura seu specie.

Γράμματα.

Γράμματα 1. sunt literæ 2. libri, scripta, ut syngraphæ, cautiones, codicilli Aristoteli tertio Politic. Γράμματα sunt leges scriptæ. Æschini δημόσια γράμματα sunt acta publica. Dionysius Halicarnasseus putat γράμμα dictum esse ἀπὸ τῆς γραμμῆς à linea. Sic litera per contractionem quasi literatura. Alii deducunt ἀπὸ τοῦ γράφειν à scribendo, ut literam à litera, quod in ceratis tabulis antiqui scribere solerent, & postea delere. 3. sunt doctrinæ: ut ἀγράμματος rudis literarum, id est doctrinarum & artium liberalium.

Griphus.

Griphus 1. significat, id quo pisces irretiuntur & capiuntur, nempe rete.

2. Quæstionem convivalem ænigmaticam (undè γριφόδειπνον, Cœna magis griphis, quam cibis condita) vel argumentum nodosum, intricatum, insolubile etiam extra convivium, & ita vox griphus ad alios obscuros & ambagiosos sermones extenditur. Athæneus symbola Pythagorica, griphos & ænigmata appellavit.

3. Est nomen Carminis non minus operosi, quam ingeniosi, quo usus est Ausonius de numero ternario. Hoc ego Carmen voco γριφῶδες, seu ænigmaticū; vocatur etiā scrupus, involucrum & non quidē quod legentibus, sed quod componentibus difficultatem inveniendo pariat.

Antequam hujus exemplum proponam, libet ascribere verba Cœlii Rodigini lib. 28, cap. 4. Sympotica fuerunt, id est, convivalia Aenigma & Griphus; Illud lusum habebat; Griphus verò etiam studium & curam; Solventi seu acuto conjectori præmium erat carnis portio; imperito ac segni mulcta irrogabatur, ut salsam hauriret potionem. Nomen inditum id genus sermonibus obvolutis à piscatorum Griphis seu retibus, Quæstiones verò dicebantur Cylicix, hoc est ζητήματα κυλίκεια, arbitror quia κύλιξ poculum signat. Vide etiam Athæneum lib. 10. cap. ultimo de ænigmatibus, & Antiphanem in Ganymede, ubi hoc invenies; Qui propositum sibi ænigma non solvisset bibere cogebatur salsuginem in potu, atq; poculum ἀπνευστί, id est, sine respiratione (in einem Zug) haurire. Dicitur & logogriphus.

Scrupus rustico solvendus proponitur
Vexilla deportarier vidi hoc die
In uno eorum scriptū erat nomen Dei
Graijs figuris, aureis coloribus,
Narravit ut doctus Scholasticus mihi,
Sed istud augustissimum nomen mihi
Statim quia excidit memoria labili,
Nam literarū sum imperit' omnium.
Quas dictitabo ceu poterorudi modo,
In fronte dictionis una virgula
Pro litera visa est mihi quanquam
brevis,
Bina deinde lineæ pares simul
Transversa quas conjungit linea altera
Cincinnus ut contorta verum est tertia,
Rotunda tota quarta literaextitit.
Tum virgula nascuntur ex quinta
duæ,
Cum tertia postrema litera continet.
Aenigma quod si solveris donum
feres.

volucra, tales ſcrupos ſeu est terra, Nero, Roſa, Gena.
cit, dicitur γεἰφοειὶς. *Fert Regnat Floret Flet* Generoſa *parit*
Generoſa prodeunt Gea, id Géa Néro Róſa Géna.

HERMANNI KIRCHNERI LOGO-griphus in nomen Catharina, Sponſ: Dn. Conradi Luncketi.

put pedibus: ſuper æquore cymba volabit,
n Syracidæ navis habebit iter.
m peregrina tenens per marmora curſum
x mercis pondere fœta redit:
atur donis felicibus alni:
le domi ſedula munus erit.
bit opes parcens induſtria partis,
aureolas tollet ad aſtra manus.
capiti pectus, ſpiramine dempto,
atâ faciet, quod data prora volet.
principio ſit conſona: grata cubili
nens verſas in mera prodit aquas
s nuptis retum ſolatia præſtat,
idverſis jubet ſpes eſſe bonas.

DEM NOMEN GRIPHUS núptialis meus

pyrgiaci civis lectiq; *Senatus*
octa manus, ſtirpis *Lunckeridumq;* decus
Aoniis longè cariſſime Muſis,
o inte Muſæ, quod venerentur, habent:
pulchrum ſponſæ de nomine Griphum,
e qui dignas continet unus opes,
n thalamumq; tuum *Catharina* tuamque
laudatam *Dorſteniana* domum:
im neſcit celebres ſeu *Cattidos* aula
ſpectetur, ſeu Schola Dorſtenios?)
ic non eſt nodus ſtricto enſe ſecandus.
t & medium cum *pede* quæris? habes,
veant: *Catharina* tibi altera vitæ
, virginei ſplendor honosq; chori.
d ametur habet: quare eſt tibi *Cara* nec ulla
hic tuus eſt caſtus & unus *Amor*.

Hic

Hic habitant Charites: quare eſt tibi grata *Charina*:
Tuq; illi alterna parte Charinus eris.
Adde, quòd hæc tota eſt, animoque & corpore, *pura*.
Legitimo *Cathara* eſt quàm bene juncta toro!
Hæc virgo, haud fatua, occurrens cum lampade ſponſo,
Eſt Cata, & ad nutus obſequioſa ſui,
Qua potè, damna cavet ſolersq; vigilq; futurã,
Felix cum tali jura marita colit.
Hæc tua puppis erit valida fundata Carina:
Provehat hanc ſuperis mitior aura plagis.
Denique pulcrarum multis e millibus hæc eſt
Unica fortunis *Ara* cupita tuis.
Hujus *Cana* fides, pietas eſt candida, longùm
Hæc tecum, ſerò CANA, ſuperſtes agat,
Ut gravidis turgent maturæ vitibus uvæ:
Turgeſcat fœtu ſic Catharina tibi.
Voto pondus ineſt, ſere vere ætatis & ora:
Grata tibi autumni tempore meſsis erit.

γυμναστὴς

γυμναστὴς eſt exercitor, Gymnaſio præfectus, exercitationum magiſter. Transfertur etiam ad noſtrarum Scholarum magiſtros; qui & Gymnaſiarchi dicuntur:

γυμναστική.

Gymnaſtice ars eſt exercendi corpora. Pertinet ad Medicinam: quia ſanitatem præſentem diætâ, id eſt, recta victus ratione & moderato exercitio conſervat. Platoni eſt παιδεία ἡ ἐπὶ σώματι.

γυμνός.

γυμνὸς 1. eſt nudus, hoc eſt, ſine veſte. Sic Plautus: pulcra fœmina nuda eſt purpuratà pulcrior (magis, inquit Apulejus, placitura cutis roſeo rubore, quàm veſtis aureo colore.) γυμνὴ πίστις, fides ſine operibus bonis. Hinc Gymnoſophiſtæ, Indorum ſapientes, quod nudi in ſylvis (expertes voluptatum) agitarent, dicti. Et Gymnici ludi, in quibus nudi certabant athletæ.

2. Eſt ſoles. Ità γυμνῇ πίστει eſt ſola [illegible]. Exempla hujus ſignificationis [illegible] apud Danielem Heinſ: in Not[illegible] talicum. γυμνὴ vox, id eſt, ſola ſine l[illegible]ra. Sic Latini quoq; Nudum interdum ponunt pro ſolo, ut hoc in nudo Dei poſitum eſt arbitrio, id eſt [illegible]lo & abſoluto. γυμνόποδες eſt nudipes, exutus calceis.

γυναικοκρατούμενοι.

γυναικοκρατούμενος & γυναικομανεῖς d[illegible]runt: Illud imperium notat, hoc am[illegible]rem. γυναικομανία n. eſt [illegible] m[illegible]rũ amor. Sed γυναικοκρατία eſt m[illegible]bre imperium. γυναικοκρατούμενοι [illegible] qui in omnibus obſequuntur m[illegible]ri, qui uxorum parent poteſtati. Q[illegible]dam eos vocarunt Mulieranos. Tales ſunt Sauromatæ. Tales etia[illegible] memorantur eſſe Ægyptii, teſt[illegible] H[illegible]doto, apud quos majore [illegible]

e, quàm viri. Aristotel: 8. ὅτι δὲ ἄρχουσιν αἱ γυναῖκες, ...ι, interdum fit, ut mulie... t, ex scilicet, quibus am... nerunt hæreditates.

Γύνανδρος.

...nivir, fœmina-mas, qui ... dicitur Androgynus.

ITERA. Δ.

Διαγραφή.

...terdum ponitur pro de... nterdum pro delineatio... typosi; quæ ulteriori stu... in ἀναγραφήν. Interdum

pro descripta tabula; quæ & tabula dicitur, à materia denominatione facta, & τύπος ἀπὸ τοῦ πίνακος (Nam statuarii primum min° exactè incidunt impolitos lapides, & postea è typis statuas efformant) & σχηματισμὸς & τυπική διάλυσις ἢ διαίρεσις.

Aristoteles in Ethicis.

δεῖ γὰρ ὑποτυπῶσαι πρῶτον, εἶθ' ὕστερον, ἀναγράφειν, id est, oportet primùm adumbrare, (primis lineis designare) deinde verò diligentius & amplius declarare.

Scriptores sæpe imitantur pictores, qui primùm tabulas suas delineant, mox adumbrant, tandem colores inducunt.

...a

Continuata: γραφή: Elegantior & ad Crypsin accommodatior

Lineis intersecta. Διαγραφή (linearis descriptio) compendiosior, illustrior, evidentior, fidelior.

membra inter se con... ...γραφή, lineis ceu notis qui... calibus, ut ita dicam, & ...embra distributionem & ...ngularum explicationem ... Hujus beneficio artium & œconomia oculis subjii... ...ue imprimi potest: In hoc ...criptionis fuit artifex The... ...ingerus: id quod tabulæ ...æ, & Theatrum vitæ hu... ...issimè ostentant.

...est ars pingendi.

Διάδημα.

...gale gestamentum & orna... 1. accipitur pro pileolo in... ...liatæ pilæ lusoriæ grandio...

ris, qui capiti impositus candida ligabatur fascia. Hieron. ad Fabiol. 2. Pro fascia candida quæ capiti Regis circumligabatur, à διαδέω, quod est circumligo. Hoc insigne Regis etiam dicitur Anadema. Lucret: l. 4.

Et benè parta Patrum fiunt Anademata mitræ.

Tale etiam fuit Citaris, Persicorū scilicet Regum insigne. Vide Philipp. Camerar. oper. succisiv. c. 61.

Διαδικάζεσθαι.

1. Est disceptare, judicio contendere.
2. Allatis expensisq; rationibus judicio aliquid definire. Sic accipit Plato in Phædon. Συμβάλλεσθαι huic vicinum

est, judicium aliqua de re statuere. Sic usurpavit Plato in de Philosophia.

Διαδικασμὸς Platoni est δικαιοκρισία, qualis erit die novissimo.

Διάθεσις.

1. Διάθεσις est affectio, i. e. qualitas, qua afficimur ad agendum vel patiendum. E. Scal. de c. ll. lib. 5. vel est levis commutatio animi vel corporis ad aliquam rem: & ita distinguitur contra ἕξιν, quæ perfectio est, cum illa sit affectio tantùm. Sanitas est διάθεσις κατὰ φύσιν. Morbus causa morbi & symptoma sunt diathesis παρὰ φύσιν Medicis. Aeris διαθέσεις sic νοσώδεις Medicis dicuntur.
2. Significat dispositionem seu ordinem.
3. Constitutionem, ut διάθεσις νόμων est legum constitutio Plutarcho.
4. Animi conceptum ut λόγος ἐν διαθέσει, sermo animo conceptus: cui opponitur προφορικός (externus)
5. Testamentum, dispositionem morituri
6. In Grammatica ex accidentibus verbi est Genus ejus: ut Diathesis activa, passiva &c.
7. Etsi in doctrina Categor: distinguitur ab habitu ut sit imperfectus vel inchoatus habitus tamen nonnunquam ipse quoq; habitus διάθεσις dicitur.

Διαίρεσις.

Diæresis 1. propriè significat divisionem, quæ & Poetica est, ut aulai pro aulæ, & logica inventionis, & Enuntiationis, & arithmetica.

2. Significat διάκρισιν, id est distinctionem: quæ τῇ ἐπινοίᾳ, id est, cogitatione, & intelligentia animi fieri potest, & opponitur συγχύσει, id est, confusioni. Theodorus Presbyter Rhœtensis in lib. ad v. hæres. cap. Eccl. definitio ὅτι ἡ ἐκκλησία μὴ αὐτὰ μέρος ἐκτῶν ὁποτέρων ποιεῖται, ἢ τὴν διαίρεσιν χωρὶς τῆς ἑνώσεως, ἢ τὴν ἕνωσιν χωρὶς διαιρέσεως ἀλλὰ ἅμα καὶ μετ' ἀλλήλων ἑνουμένας γὰρ διαιρεῖ μίαν μὲν ὑπόστασιν λέγων, φύσεις δὲ δύο, καὶ διακεκριμένας ἑνοῖ ἢ δύο μὲν φύσεις λέγων ἐμπαλινῶς ἀληθεύων γίας: id est, quoniam Ecclesia neutrumvis sigillatim, id est, neq; distinctionem absque unitione, neque unitionem absque distinctione facit, sed utrumque simul, & mutuo conjunctim. Qui enim unicam quidem hypostasin, duas autem naturas dicit, sic distinguit, ut uniat; & qui ordine converso duas naturas, unitam autem hypostasim dicit, contrariâ prorsus rationi loquitur quam impiè de Deo sentientes. Aliud igitur est naturas in uno ὑφισταμένας unitas, & in ipsa unitione inconfusè seu ἀσυγχύτως manentes distinguere θεωρητικῶς seu verissima mentis cogitatione: Aliud est ὑφιστάμενον, seu personam separare, & divellere, seu distrahere: illud pium, hoc contrà impium.

3. Diæresis significat separationem (realem) Et διαιρέτως est κεχωρισμένως. Aliud est, aliquid κεχωρισμένως, seu διαιρέτως νοεῖσθαι: aliud καθ' αὑτὸ νοεῖσθαι, Quæ natura Christi, consideratur extra unionem, illa κεχωρισμένως ἢ διαιρέτως; quæ natura καθ' αὑτὸ consideratur, illa in abstracto duntaxat & in se se, non autem extra unionem personæ, qualis sit, explicatur.

Κατ' αὐτὸ] id est per se, & in sua natura.

Διακοπή.

Διακοπὴ generaliter est perfectio: *Specialiter* de nervis dicitur à Physic[...] ut νεύρων διακοπὴ i. e. nervorũ præcisiones. In *Grammaticis* est figura, qua compositæ dictiones dividuntur E[...]thesi id est vocis alicuius interpo[...]one. Alias dicitur τμῆσις (ut, Quo[...] d[...]a

…uies quis quadrat cunque
…nt). Quæ ita Poëtica eſt, ut
…iquam adhibentur ab orato-
…icero particulam intendendi
…adjectivo nomine avulſam
…verbo; In Epiſtolis; Perfore
…nodatum tibi ſcio; pro hoc:
…rac.ommodatum, vel fore
…n accommodatum Ad Attic.
…magni æſtimo, tibi factum
…&c.

Dialectus.

…eſt ἰδίωμα ſermonis ſeu pro-
…ujusque linguæ, à διαλέγομαι
…mocinor: quia ſermocinan-
…ê effertur aliquid, juxta cu-
…entis proprietatem. Ἰδιάζω
…eorſum ab aliis, ut intelligas,
…tis ſeligi aliquid peculiare à
…ni dicendi genere. Latinè
…ribi poteſt linguarum diver-
…ſermonis varietas. Eſt igitur
…s proprietas cujuslibet lin-
…uliaris, qua recedit à conſue-
…ommuni. Communis lingua
…dialectus dici non poteſt, ait
…es Janus in diſput. 2. de ſer-
…in qua reſpondentis partes
…Johannes Andreæ Tauſa-
…m lingua communis eſt fun-
…am ſeu regula prima à qua ſi
…s aliqua loquendo proprie-
…ifferentia eſt dialectus appel-
…eu idioma, ſeu idiotiſmus,
…rſum quid habeat à com-
…munis non habet propriam
…Peculiare igitur quid con-
…non poteſt. Quare commu-
…ialectus dicitur, non quod ſit
…is collecta, ſed quia cæteræ
…hac obſervatæ. Ea enim
…s prima fuit à qua aliæ deſ-
…tempore poſteriores. Sic lo-
…mmunis primùm dicta eſt,
…omnes tanquam ſubjectum

recepit: (Remittere autem oportet hanc quidem quaſi ad regulam, reliquas verò quaſi ad proprietatem) vel quia non habet præcipuam notam, vel quia eâ omnes utuntur communiter. Hoc docet forma declinationum & conjugationum linguæ generalis, ex qua ſumuntur formæ ſpeciales quæ ſunt veluti exceptiones quædam à communi regula. Inter dialectos græcas prima eſt Jonica, ex Jonica fluxit Attica, quæ ut olim elegantiſſima, ſic nunc corruptiſſima, eſt. Huic ſuccedit Æolica, ultima eſt Dorica. Latina lingua non habet Dialectos; Quia ex iis tantum authoribus petitur, qui purè & eleganter ſcripſere latinè, etſi per omnem ditionem Latinam linguam uniformem fuiſſe ſemper vix ſtatui poſſit, cum nulla ſit natio aut lingua quæ mutationibus non ſit obnoxia aliquibus, natura ad varietatem inclinante. Aliter enim pronunciatũ eſt in Urbe, aliter rure; ſicut Virgilio objectum. Noſtri ſic rure loquuntur. Polydorus de rerum invent. lib, 1. c. 3. Antiquum, ait, inter doctos eſſe controverſiam, utrum Romani generatim latinè locuti ſunt, an duplicẽ habuerint linguã, quemadmodum nos Germani, Itali, Græci, ac aliæ gentes ad hodiernum diem habemus. Quæſtio hæc ex Cicerone diſcutitur; is enim de orat. 3. ait certam fuiſſe Romani generis Urbiſq; propriam vocem, Idq; probat exemplo Læliæ mulieris, quæ ita loqueretur, ut qui eam audiret, ſibi Paulũ aut Nævium audire videretur. Sed ut nequiſpiam putaret, alteram aliquam linguam didiciſſe Læliam, id eſt latinam, alteram domi ab ineunte ætate patriæ ſermoné imbibiſſe, paulò inferius inquit: Nemo n. unquam eſt oratorem, ꝙ latinè loqueretur, admiratus:

Si aliter, irridebant. Idem de perfecto oratore: In verſu quidem theatra tota exclamant, ſi fuerit una ſyllaba aut brevior, aut longior. Et lib. 1. Tuſc. Frequens enim conſeſſus theatri, in quo ſunt mulierculæ & pueri, movetur audiens tam grande carmen. Hæc ille. Ex quo ſatis patet unā linguam, & eam quidem latinam, omnibus communem fuiſſe, quando pueri, & mulierculæ latinè ſciebant. Verum ille erat literarum peritus, qui verborum delectum habere, ac eum recto aurium judicio ponderare ſciviſſet, id quod ſine literis fieri non poterat. Nam omnes Romanos latinè locutos, non item literas ſciſſe, ex ejusdem quoq; teſtimonio liquet, qui in Bruto T. Pomponium Atticum ita loquentem facit. Vides elocutionem emendatam latinam, cujus penes quos laus adhuc fuit, non fuit rationis, aut ſcientiæ, ſed quaſi bonæ conſuetudinis. Et ſubiicit: T. Flaminium, qui cum Q. Metello conſul fuit, pueri vidimus: exiſtimabatur benè Latinè loqui, ſed literas neſciebat. Eſt igitur quisquā, qui ſi iſta conſideraverit à principe latinitatis dicta, poſſit ſuſpicari perinde Romanis non unam fuiſſe linguam, ac nobis eſt? Namq; ut apud Romanos illi minus purè, & ornatè loquebantur, qui extra urbem vixiſſent; ita apud latinos, partim barbaries à feris populis, qui aliquando Italiam occuparant, profecta, partim vetuſtas ſermonem domeſticum jam pridem infuſcaverat. Hactenus ille.

Ex Græc: Jac: Gretſ: Ingolſt.

Dialectus eſt unius & ejusdem linguæ proprietas ſeu differentia, non omnibus, qui illa utuntur, ſed aliquibus tantùm uſitata. Conſiſtit in

- Solis literis ejusdem vocis ac literarum affectionibus
- Sola pronunciatione.
- Integris vocibus.
- Syntaxi & Modis loquendi.

Dialecti ſunt accidentia communis linguæ, quæ certis dialectis non eſt aſtricta, etſi paucas quasdam certorum locorum dialectos inſperſas habeat. Quod ad Græciā attinet, q utebatur communi lingua neq; ex Atticis nec Doribus, nec Æolib⁹, nec ex Jonibus eſſe dicebatur, ſed Græcus abſolutè. Inſignes ſunt Græcis quatuor: Dorica, Æolica, Jonica, Attica. Dores ſunt amantes A & πλατυστομοῦσι (apud Theocritum) id eſt os diducunt inter loquendum: quod & πλατειάζειν dicitur (lato & diducto ore loqui) Jones præ cæteris amarunt η. & ι. Æoles ω qui & aſpiratas dictiones efferūt Spiritu tenui. Attici elegantiſſimi σ. vertunt in ξ in præpoſitione σύν. T uſurpant pro σ.

Atticam celebrarunt ſcriptis ſuis Ariſtophanes & Demoſthenes: Doricam Theocritus, Pindarus & Philoſophi Pythagorici: Jonicam Hippocrates & Herodotus: Æolicam, qui

ltis cum Dorica convenit, inſperſerunt ſuis ſcriptis imè illi, qui nullam cer- tũ ſecuti promiſcuè quas- runt, prout occaſio & lex xigebat. Jacobus Gretſe- ſtit. ling. Græcæ.

Διάνοια.

telligentia, facultas ani- lis ſive diſcurrens, id eſt, o cognoſcens, ſive non. o, eaq; eſt vel θεωρητικὴ, em; vel πρακτικὴ, quæ ἐν- onam honeſtamq; actio- ποιητικὴ, quæ effectionem, ppoſitam ſibi habet. cis Διάνοια eſt interpreta- eu ſcripti. διανοίας ἀρεταὶ mentis vir- ibus τῶ ἤθους ab Ariſtotele r.

iaphragma.

enerali ſignificatione eſt n ſeu interſtitium. Δια- n eſt, ſepio, dirimo, vel di- d in doctrina de fabrica ımani per ſynecdochen o eximio ſepiméto, quod dia & Φρένες. Ariſtoteles μα, & διάζωμα & ὑπόζωμα a appellationes græcæ m reddit, quod hac parte tatio etiam & intelligen- urbantur, non quod hoc harum actionum propri- illis partibus, à quibus & ſentiendi facultas eſt ſecundum ipſius dogma, quam ipſe in corde eſſe quidem cum cerebro et- avid eſt, communionem am cognationemq; ma- t, ut ſint φρένες ὡς μετέχου-

σαι τῦ φρονεῖν (quaſi participes ſeu ſociæ ſapientiæ). συμπάθεια hæc occulta poteſt æſtimari ex nervis, qui è ſexto pari nervorum, etſi non manifeſti ſurculi inſerantur in diaphragma tamen tranſeunt. Appellationis diaphragmatis rationem ex Ariſtotele, ſecuto hîc Platonica, habes his verbis 3. de partibus. Natura cor & pulmones, ut nobiliorem partem & præſtantiorem ab inferiore quæ ſuperioris cauſa cōdita eſt, *ſeparavit.* Sunt autem *quaſi ædificio peculiari & ſepimento* diſtincta per præcordia.

Δίαυλος, *Diaulus.*

Diaulus 1. ſubſtantivè ſignificat curſum reciprocum, vel Diſtadiũ, cum quis, cum ad meram pervenit, eò recurrit unde curſum iniit.

2. Significat ipſum curſorem in ſtadio, qui currit ad nuntiandum aliquid recurſurus ſtatim eò unde cæpit.

3. Unum eſt è generibus octo certaminum, quæ ſunt Dolichus, ſtadium, Diaulus, Oplites, Pygme, Pancration, Pale & Halma.

4. Ducentorum & mille pedum in longitudinem ſpatium ſignificat.

Carmen Diaulonium vel Diaulodromum eſt Carmen cancrinum ſeu reciprocum à Græco διαυλοδρομεῖν, quod eſt cum ad calcem ſeu metam perventum eſt ad carceres curſu redire. Eſt qui vocat Leoninum, ſed cauſam appellationis ignoro.

Διπλοῦν, δίδυμον

Διπλοῦν, duplex, & δίδυμον, geminum, interdum Græcis & Latinis pro pleno ſeu magno accipiuntur, pro firmo & robuſto. Virgil. lib. 1. Georg. Duplici dixit dorſo pro lato & craſſo. Lucret. lib. 4. Geminam Cererem dixit pro plena & obeſa: Dicitur gemina &

mammosa Ceres. Pindarus Ode 6. Olymp. θησαυρὸν δίδυμον dixit pro amplo thesauro. In lib. Regum Duplex Spiritus Hælisæi, id est, Spiritus magnus. Virg. *Duplici dentalia ferro*, id est, firmo, ut interpretatur Parrhasius. Concordia geminat conjugium, est idem, quod cõfirmat conjugium. *Equi duplex Spina* Virg. 3. Georg. est lata, crassa, magna. Sic Decumanum pro grandi vel maximo, ut Decumanus seu decimus fluctus apud Ovid. in t. Trist. Senecam & Lucan. Ovid. in Metamorphos. *Vastius insurgens decumæ ruit impetus undæ.* Decumana serta sunt idem quod amplissima. Turpe etiam aliquando pro Immane accipitur, quod ἐν πεσθήκης μέρει tibi sit.

Plato Duplices vocat qui duas artes exercent.

Cæterùm Doctiss. Vir Fr: Junius in Notis ad Manilii Astronomica paulò aliter Virgilii. *Duplici aptantur dentalia ferro*, interpretatur, sc. pro admodum lato, & dupla amplitudine; quomodo & hoc accipit, At duplex agitur per lumbos spina. Itaq; censet τὸ Διπλοῦν Græcis, & Latinis duplex non solum ad discretam, sed etiam ad continuam quantitatem pertinere. Hinc fit ut in Manilii versu, *Materiamq́, manu certa duplicarier arte*, duplicari manu dicat esse dilatari, diduci, bracteari malleo, qui manu agitatur.

Δεῖ.

Δεῖ est oportet. Aliud est Opus est, ait Lambinus in 2. Eth. de morib⁹, quod ex hoc Ciceronis ad Atticum perspicuum est: Si loquor de Republica quod oportet, insanus; si quod opus est, servus existimor Idem: Hoc fieri & oportet (id est convenit) & opus est. Idem: Oportere perfectionem declarat officii, quo semper utendum est & omnibus. Et: Oportere est consentaneum esse officio, licere legibus, decere temporibus & personis.

Δεσμωτήριον.

Δεσμωτήριον carcer est: Scribitur per ω, quia est à δεσμώτης. At δεσμοφύλαξ custos carceris per ο, quia est à voce δεσμὸς, id est, vinculum.

Δράκων.

Δράκων 1. est draco serpentis spec[...],
2. Est Atheniensium Legislator, [...] in puniendo tam rigidus & [...] ut atroces ejus leges sanguine ma[...] quàm atramento scriptas esse De[ma]des, Herodicus verò non hom[...] sed Draconis esse, dicere solitus [fue]rit. Aristot. in Rhetor. G[ell.] [...] Noct. Attic. Capitis etiam pœnam constituit in eum qui [...] ex alieno ficum sustulisset. Unde Sycophantæ dicti sunt, qui fures ejusmodi observarent aut deferrent. H[inc] à nonnullis (ut Henrico Stephano [di]cuntur Draconistæ judices rigid[issi]mi, omnis propemodum huma[ni]tatis expertes.
3. Accipitur & Δράκων seu Draco pro signo militari. Ammianus Marcellinus describens pompam Constant[ii] Erant & Dracones hastarum aureis gemmatisq; summitatibus illigati hiatu vasto perflabiles, & iidem velut ira perciti sibilantes caudarumq; volumina relinquentes in ventum. Henric. Salmuth in Pancirol. [...] in velis ferebantur Dracones, quorum rotundum & inane corpus erat, ita textum, ut vento per oris hiatum & guttur admisso turgesceret. Vide Claudian. in Panegyr. 3. Cons. Honor.

4. Δρα

ιος, Draco marinus est
ttoralis. Dioscor: &
26.sect.13. facit hunc
: quasi. De Atlanticis
e Scal: Exer.163.s.9.
Aphricani ex Aquila
ibulosi, Ex.ead.s.11. De-
Δεϱκων à Grammaticis
ται, id est, à cernendo,
s sunt acutissimo visu.
placet παϱὰ τῶ δέϱειν
ciant seu inferant do-

iam herba est, de qua
69.s.2.

Δῶϱον:

es erat palmus minor
aternûm. Hinc δῶϱα,
, φ manu dentur. Δῶϱα
na aut sunt absoluta seu
tiva seu cum conditio-
us.

TERA, E.

Εαυτοῖς.

rtitur aliquando ipsi si-
D. Piscator Rom.1. Gen-
ς νόμος, ipsi sibi sunt instar
erent. Ipsus sibi injurius
. Et: Certè nunc hic se
it; Indicio de se ipse pe-
s. Ut non jam sibi ipsis
i, qui pro ipsis mortuus
io Castell. habetsibi ipsi,
x fit, non alius.

ευστον, Encaustum.

: atramenti genus, quod
ur ex purpura, quo soli
s& horum gemini in Pri-
iteris subscribendis ute-
bantur. Ejus confectionem hanc invenio. Terebatur in pulverem contusum conchylium purpuræ & adiiciebatur nonnihil, decocto ex ipsa colore, ac simul liquabatur, reductaq; inde materia liquida & densitate sua scriptioni apta dicebatur Encaustum (i.e. inustum). Purpura autem Regiæ dignitatis insigne, fuit ex genere Conchyliorum quod intrinsecus animatam continebat carnem, & in mediis faucibus candidissimam habebat venam, qua exsecta pretiosus promanabat sanguis, quo lanæ & purpurea serica ad vestes inde contexendas tingebantur. Coquebatur sanguis seu cruor purpuræ unà cum vena priùs aperta in vasis plumbeis, adjecta tamen aqua modico vapore & longinquæ fornacis cuniculo. Plinius lib.9. c.36. Inde splendidus ille & quasi intermedius inter rubrum & nigrum eliciebatur color, i. qui gariophylli est. Erat & alia species coloris, quem puniceum seu hyacinthinum dicebant. Panciroll. de Purpura. His ex eodem addo obiter: Murex, qui etiam ex Conchyliorum genere est etsi diversus sit à Purpura, tamen Purpura Murex & Conchyliũ interdum promiscuè usurpantur. Conchylia etiam permetonym. Pro vestibus murice vel conchylio infectis usurpantur.

Quod ex concharum marinarum tectis seu integumentis, seu testaceis operimentis eximitur, Ostrum dicitur; unde Ostrina tunica apud Propertium.

Per Metonym. deniq; Purpura pro Eminentia Imperatoria seu summo Magistratu ponitur.

Εγκύκλια & λόγοι ἐγκύκλιοι.

Τὰ ἐγκύκλια utitur Arist.1. Eth. Quid per ea intelligat, controversum est. l. 2. Parerg.

2. Parerg. Franc: Luiſin. 1. Ἐγκύκλια, ait, ſunt quæſtiones, quæ in conviviis à ſodalib. ſunt diſputatæ. Apud Plutar. in lib. de Muſica hoc eſt; ἔχων τοὺς ἐπικυκλίους περὶ μουσικῆς λόγους, id eſt habens ſermones de Muſica ad menſam habitos.

Rhetor Iſocrates innuit in Nicocle. Ἐγκύκλια etiam ea eſſe, quæ in circulis hominum jactari ſolent. Dicti autem ſunt ſermones, vel quæſtiones convivales Encyclia: quia in circulo quodam omnes aliquid de re propoſita loquebantur. Ariſtoteles lib. 1. Politic. per ἐγκύκλια διακονήματα, intelligit menſæ obſequia, quæ Syracuſanus quidam docebat. Menſa enim circulo perſimilis eſt.

Ἐγκύκλιον, *Encyclium.*

1. Ἐγκύκλιον propriè eſt circulare ſeu in orbem factum.
2. Translatè, eſt idem quod commune, obvium, vulgare. Sic interpretor Ariſt. 1. Polit. text. *69.* τὰ ἐγκύκλια διακονήματα, communia & vilia obviaq; miniſteria, ſed minus artificioſa, qualia ſolent eſſe, quæ circa dominos & in eorum oculis exhibentur, qualia ſunt exuere, & induere dominum, tergere calceos, menſam apponere. 2 Polit. notantur διακονίαι ἐγκύκλιοι adminiſtrationes circulares.
3. Ἐγκύκλια etiam ſervorum & aliorum etiam opera dici poſſunt, quæ identidem recurrunt, & quaſi in orbem redeũt. Sic ſcripta ἐγκύκλια, λόγοι ἐγκυκλίοι, opponuntur exquiſitis & acroamaticis.

Encyclia ſunt opera eruditionis artium liberalium vel uſitatæ & conſuetæ particulæ de ſtudiis literarum Eſromus in 5. lib. 1. Eth. Ariſtotelis.

Εἰδικῶς.

Εἰδικῶς Quòd accipi dicitur, cum ſpeciem generi ſubiicimus. Genus autem & ſpeciē hîc dico Grammaticorũ potius more, quam Dialecticorum. Eraſm. de cop. verb. lib. 1. Gaudeo Genus eſt Quòd me amas, ſpecies gaudii eſt. Quod res tibi feliciter evenit, lætor. Quod meæ nugæ non omninò diſplicent doctis, libenter audio. In his orationibus Quod (ὅτι Græcis) εἰδικῶς accipitur, non αἰτιολογικῶς. Eodem modo Nonquandoq; accipitur, ut Non committam ut te illius facti pœniteat. Ut etiam antecedente adeò, Sic. Ita εἰδικῶς accipitur, ubi Barbari adhibent Quod, q minimè imitandum. Omnes homines naturâ ſcire deſideranr, ita quod homo ex naturali quodam appetitu ad veritatem provehatur. Tu dices itaut.

Εἴδωλον.

Εἴδωλον 1. in genere ſignificat ſpeciem, formam.
2. In ſpecie ſpeciem ſeu εἰκόνα, quam aliquis ſibi ad numen, ſive id ſit fictum, ſive verè exiſtat, repræſentandum vel colendum effingit, ſive ſit nuda imago, ut picta, ſive ſolida, ut ſtatua, eaq; ſculpta vel fuſa, Latinis eſt ſimulacrum à ſimulando, teſte Lactantio, & effigies. Deaſter nova vox eſt Caſtellionis. Paulus 1. ad Corint. cap. 8. dicit, idolum eſſe nihil (κατὰ τί) quia nec numen eſt nec numen repræſentat, quod verè ſit.
3. Significat umbram, ſpectrum, quod apparet in aere Phantaſma, ἐστὶ ... τῷ φανῆναι ἀφανίζεσθαι, ... & ... idolum dicitur. Εἴδωλον Achillis eſt umbra Achillis apud Euripidē.
4 Cicero atomos vocat Idola ſeu imagines. Vide Giſanium in Lucre... m. Εἴδωλον cerebri ſæpè eſt figmen... certain

ſeu mendax, cujusmo-
atrarum εἴδωλα.
en fecerunt inter ſimu-
lum. Idolum, inquiunt,
ginem rei fictitiæ: Si-
veræ: Sed boni etiam
diſcrimen non obſer-
abeant ea pro vocibus
Idolothyta ſunt Idolis
opfer.
alior eſt, quàm εἴδωλον.
eſt σχῆμα rhetoricum,
vel perſonarum imago
eſte Quintiliano. Εἰδωλο-
ulacri factio. 2. eſt figu-
el poetica, cum intro-
ona nota, ſed mortua, &
eſiit. Εἰδώλα ſpecies eſt
trum formas variè mu-
q; aliam formam ſubin-

lolatrarum ἱερὸν, Gößen:
hac voce Paul. 1. ad Cor-

Εἰκῆ.

ſt idem quod temerè ſine
ſt μάτην ſeu fruſtrà. Magi-
gerit gladium εἰκῆ, id eſt,

m deductum eſſe à verbo
edo; ut quidam coniicit,
on eſt. Puto derivatum ab
, vanus.
αῖα ſunt argumenta com-
ia, vana, vulgaria, non ne-
καστικοὶ λόγοι ſunt rationes
iles, ab εἰκάζω, id eſt, con-
εἰκῆ valdè temerè eſt apud
εἰκῆ, haud ab re, nicht unbil

αρμένη πεπρωμένη·
ι eſt συμπλοκὴ αἰτιῶν πεπαγ-
lexio ſeu connexio cauſa-
aatarum. Hæc connexio

Stoicis eſt cauſa neceſſitatis, ut contingentiæ libertas cauſa eſt, iis enim εἱμαρμένη & ἀνάγκη differunt, ut cauſa & effectum.

Carpentarius in Eiſag. Alcinoi Platonici. εἱμαρμένη eſt fatalis cohærentia effectuum cum ſuis cauſis. pag. 83.

Eodem ferè ſenſu aliis eſt connexio neceſſaria naturalium cauſarum. Vid. Eundem. pag 74. juxta Ariſtotelis opinionem ſi expoſitiori ejus Alexandro Aphrodiſæo credimus, inquit Beſſarion Cardinalis, εἱμαρμένη, ſeu fatum non eſt in ſubſtantiis æternis, non in iis, quæ ſemper eodem modo fiunt, ſed duntaxat in rebus generationi & corruptioni obnoxiis & natura aptis ad mutationem oppoſitorum, ut non omnis natura, ſed ſingularis, fatum contineat, Artem verò arbitrium & ocium hominis, rationem, fato ſolvi videtur exiſtimare.

Fatum itaq; ſententiâ Ariſtotelis non omnem complectitur naturam, ſed eam tantum partem, quæ generatione & corruptione variatur, idēq; eſt, quod ipſa pars naturæ, & neq; natura, neq; fatum ſunt prorſus neceſſaria, ſed ut præter naturam, ſic præter fatum multa eveniunt. Alii in εἱμαρμένῃ ſeu fato duo ineſſe dicunt, Divinam voluntatem ad hunc effectum determinatam, & ordinem cauſarum intermediarum, harumq; in agendo liberarum & contingentium: prius immutabile eſſe dicunt, poſterius mutabile: ſicq; dictum videtur à Boetio lib. 4. de conſolatione Philoſophica, Fati ſeriem mobilem eſſe, quæ ab immobilis providentiæ exordiis proficiſcatur.

Aliis εἱμαρμένη eſt cauſarum colligantia, ex aſtrorum vi, ſitu, motibusq; efficaciam trahens; vel eſt vis ab aſtris in nos influens, quæ non ſolùm cor-

pora noſtra, ſed etiam animos variè afficiat vel propenſionem quidem animis noſtris ad virtutem, vel ad vitia aliquam afferat, ſed non neceſſitatem. Itaq; propenſionis ratione animus ſit ſub fato, libertatis verò cauſa ſupra fatum. At ſic Lipſius, Fatum Mathematicum appello, quod liget, & nectit firmiter omnes actiones eventusque ad vim ſiderum & poſituram ſtellarum. lib. 1. de conſtant.

Aliis, ut Platoni, εἱμαρμένη eſt ipſa Dei Ordinatio providentia & præſcientia; ita, non tantum univerſa, ſed & ſingula fato quodammodo ſubſunt, nimirum quatenus omnia Dei cognitione ſuo modo continentur ejusdemq; voluntate reguntur. Plato in Phædro eam Adraſtiæ nomine ſignificat. Hæc εἱμαρμένη eſt Theologica, Naturâ ſuperior. Hæc vim & modum agendi in cauſis ſecundis non tollit ſed conſervat Thomas Artic. 4. quæſt. 22. ſummæ 1. Divina providentia omnia continentur, ut, quemadmodum rebus effectis differunt, ſic etiam cauſis ſuis diſtinguantur, rerumq; neceſſariarum cauſæ ſint neceſſariæ, contingentium verò contingentes; atq; ita Deus conſulit quidem omnibus, ſed pro varietate cauſarum id in nonnullis facit neceſſariò, in aliis contingenter, hæcque poſteriora noſtræ libertati ab eo (Deo) ſunt relicta. Vid. Carpentarium in comment. in Inſtitut. Alcinoi.

Aliis deniq; fatum ſeu εἱμαρμένη eſt diſpoſitio cauſarum naturalium, quatenus divinæ ſubſunt, ſeu ſub ordinatæ ſunt providentiæ, & juxta illius præordinationem vel permiſſionem ac præſcientiam infallibiliter operantur. Quibus cum cõgruit Boëtius de conſol: Philoſophica proſa: 4. ubi dicit Fatum eſſe ordinem cauſarum ſecundarum divinam providentiam exequentium. Suaretz diſputatione de fato, in qua ait; fatum eſſe ſeriem cauſarum divinæ providentiæ ſubjectâ, quæ illis neceſſitatem non imponit, ſed unamquamq; modo ſibi proportionato agere ſinit.

In penultima & ultima ſignificationibus acceptum fatum à nobis approbatur, & ſequentes ſententiæ videntur nobis falſæ.

1. Quæ conſtituit neceſſitatem fati, ſub Dei cauſalitate etiam ipſi Deo inevitabili. Tollit enim Dei omnipotentiam & liberam voluntatem, in iis quæ Deus extra ſe operatur.
2. Quæ conſtituit talem fati neceſſitatem, quæ ex aſtrorum & aliarum phyſicarum cauſarum influxu ad omnes inferiores cauſas, ad voluntates etiam humanas, dimanet. Deſtruit n. noſtri arbitrii libertatem.
3. Quæ attribuit Fatum efficientiæ & influxui primæ cauſę, ita ut omnibus cauſis ſecundis etiam rationalibus voluntatibus neceſſitatem afferat, ad ſingulos effectus. Rationem cur hæc opinio falſa ſit, vide apud Suaretz. diſp. 19. de neceſſitate & contingentia Pagina. 508. Lipſius diſtinguit inter verum fatum, & Quaſi fatum. Verum fatum dicit eſſe æternum providentiæ decretum, idq; definit cum illuſtri Pico Mirandula, pendentem à divino conſilio ſeriem ordinemq; cauſarum. At huic definitioni addita ſunt; Inhærens rebus mobilibus immobile providentiæ decretum, [illegible] ſingula ſuo ordine loco, & t[illegible] firmiter reddit. lib. 1. de conſta[illegible] 19. Lipſio enim fatum non eſt [illegible] cum providentia. Quod hæc [illegible] rant hinc patet, quod dicimus [illegible] hoc fato fit; Hoc eſt urbis, re[illegible]

tm: at non dicimus, mea
›videntia. Hæc est urbis
vid├entia.

r providentia est in Deo,
ribuitur. Fatum à Deo qui-
:d in rebus intelligitur, eis-
›itur, seu spectatur in rebus
Et hac ratione providentia
fato, etsi illa ab hoc reipsa
ſa. Ita ergo statuit Lipsius
fati in sana & vera ratione
.

ı triplex facit Mathemati-
i primi autores Chaldæi &
i: Naturale, quod tribuitur
i, & violentum, quod Stoi-

Ἐκείνινον.

ce ἐκεῖνο (1. illud) ut terre-
ra, aqueum ab aqua. Est a.i-
›d ex illo deductum vel fa-
oce ea utitur Aristot. 8. Me-
Schegkius in 4. Topic. p. 473.
: hoc effato: Ex quo aliquid
uo aliquid fit, ipsum nequit
ius ejus quod est: cum utrum-
ıo aliquid fit, & in quo ali-
, non ut ἐκεῖνο, sed ut ἐκείνινον, id
›minativè prædicetur de sup-
ıt homo est terreus, non terra,
est albus, non albedo, Scrini-
arca est ὁ ξύλον lignum (hoc
›), sed ξύλινον ligneum (hoc est
). Idem Schegkius ligneum
n materialem vocat, quæ signi-
ıalitatem, sic & lapideum.
ne ex Lentulo factum est Len-
, ex Appio, Appeitas, ex Sylla
ırite, Lentulus igitur est ἐκεῖνο,
itas ἐκείνινον &c.
ert Realitatem cum re, quæ
asticis sanè Doctoribus diffe-
cùm substantiam Physicam di-
sse compositam ex re & re, ut

ex materia & forma, Accidens esse compositum ex realitate, ut ex Genere & differentia.

Ἐκ παραλλήλου.

Ponitur sæpe pro πολυωνύμως, quod dicitur etiam nonnunquam συνωνύμως, ut cum Aristot. lib. 1. polit. t. 71. dicit, Hæc sententia nec μέγα (magnum) nec σεμνὸν (præclarum) habet quicquam; magnum & præclarum ἐκ παραλλήλου sumenda sunt, id est, pro omnino iisdem, vel illud ad pulcritudinem, istud ad honorem & dignitatem est referendum, ait Montecatinus. Sic nonnunquam per se & qua tale ἐκ παραλλήλου dicuntur vel accipiuntur, id est, ita ut habeant eandem vim, ut subsit iis eadem vis. Per se & primò interdum ab Aristotele accipiuntur ἐκ παραλλήλου. Sic & per se & quâ tale 1. Politic. textu. 91. utitur calceo, quâ Calceus est: & usus calcei per se. Vide Montecat. ad hunc textum pag. 335. Sic ἡ γνῶσις & θεωρία, cognitio & contemplatio; ἡ χρῆσις & ἡ ἐμπειρία, usus & experientia. textu 118.

Ἐκ περιττοῦ.

Ἐκ περιττοῦ voce aliqua uti dicimur, cum supervacanea est. Sili. Ital. *Formasq́, ferarum*, i.e. feras. Nonnus: Δρακοντείων πρόσωπον, i.e. δράκων. Sili. Ital. *Bacchiq́, & lactis honorem.* Hic vox Honor est ἐκ περιττοῦ, sic Plauto Flos vini veteris est vinum vetus. Sic ἄνθος quoq; apud Græcos sæpe abundat. Sic Pindar: μουσικῆς ἄωτον pro Musica. ἄνθεα μήλων pro τὰ μῆλα. ἄνθεα ὕμνων παλαιοτέρων pro veteres hymni, Dan. Heinsius Flander Poëta tersissimus in notis in Silium;

Ἐκπίπτειν.

Ἐκπίπτειν in genere est excidere. In specie

 est

est 1. ex ore excidere P. Victor. Φασὶν ἐκπεσεῖν αὐτοῖς, lib. 3. de morib. Arist. cap. 2. Ajunt sibi ex ore excidisse. 2. Explodi. Sic ἐκπεσεῖν dicuntur actores tragœdiarum aut concordiarum, qui non steterunt, id est qui non fuerunt à spectatoribus probati, qui ejecti & explosi sunt. Sic usurpavit Aristot. de Poetica. Demost. de corona: Σὺ μὲν ἐξέπιπτες, ἐγὼ δὲ ἐσύριττον.

Ἔκστασις, & Ecstaticus.

Ἔκστασις dicitur animæ de statu certo dimotio, ut cum à corpore animus abstractus divino instinctu incitatur Cic. 1. de divinatione. In actis Apostolicis accipitur pro animi perculsione & stupore. Nec rectè dicitur à quibusdam extasis, pro ecstasis (id est mentis emotio.)

Ἐκστατικὸς modo accipitur activè, pro eo qui est, ὁ ἐξιστὰς, id est, qui in furorem agit, qui discedere à se se facit. Sic Themistius in 4. Phys. μεταβολὴ πᾶσα φύσει ἐκστατικόν. Modò passivè, pro eo, qui est, ὁ ἐξεστηκώς, id est, qui dimovetur ab aliquo: vel furiosus, pronus ad iram furibundam, qui facile in cæcos ac præcipites impetus erumpit, ecstasi correptus, qui prorsus sui id est, corporis ejusque affectionum oblitus, totus est in contemplatione occupatus, & velut à corpore ejusq; curis avocatus. Plato in Phœdro vocat ἐξιστάμενον τῶν ἀνθρωπίνων σπουδασμάτων Aristoteles. 2. de partibus οἱ δὲ ταῦροι καὶ οἱ κάπροι θυμώδεις καὶ ἐκστατικοί 7. Ethic. καὶ ὁ αὐτὸς ἐγκρατὴς, καὶ ἐμμενετικὸς τῷ λογισμῷ, καὶ ἀκρατὴς, καὶ ἐκστατικὸς τοῦ λογισμοῦ: Idem quoque esse (videtur) continens & perstans in ratiocinatione; & incontinens, & à ratione desistens.

Quid sit ἐξίστασθαι. à se se discedere, & cur ita dicatur?

A se se discedere est, mente alienari, seu à mente discedere, ἐξίστασθαι Græc. vel mentem mutare: vel degenerare, quod est quodammodo mente alienari. Cic. 2. de divin. Magnitudine timoris à constantia atque mente, atque à se ipse discessit (Platonicum hoc esse nonnullis videtur. Platonici enim animum ipsum hominem esse dicebant, corpus partem ejus esse negabant.) In Bruto: Nescio quomodo discessu meo discessit à sese.

Sic Græcis ἐξίσταμαι nonnunquam est, sententiam muto. Thucydides ἐγὼ μὲν ὁ αὐτός εἰμι, καὶ οὐκ ἐξίσταμαι, non mutor: nihil muto, de sententia non dimoveor Non muto (per ellipsin accusativi, sententiam.)

Exire è potestate Ciceroni est, effrenatum, ferri aut libidine aut iracundia, esse animi impotentem.

Cicero in Tuscul. Non est in potestate mentis, id est, est insanus, mens ejus est motu, quasi morbo, perturbata.

Adde his, quod τῷ exire è potestate, & discedere à se se, opponitur ad sese redire; sibi restitui, id est, vehementer iratus, vel alia animi perturbatione affectus, ad se se tandem redire, vel rediisse dicitur, ac tum animus compositus dicitur, & sedatus, & homo animo compositus.

De ἐκστάσει seu discessu animæ à corpore, pulcher extat locus in Athanasii Episcopi Alexandrini oratione contra Idola:

Anima cum corpus ingressa est, & colligata, non ad corporis exiguitatem contrahitur, aut modificatur; sed sæpe corpore in lecto jacente sine omni motu, ipsa suis viribus exc[illegible], transgrediturq; corporis cond[illegible]onem, & tanquam peregrè ab eo d[illegible]cedens, manens tamen inte[illegible] corpore, quæ supra terram fu[illegible]
gi[illegible]

ɛ ſpectat; ſæpe quoq; extra
orpora Sanctis & Angelis
endit, & ad eos pertingit,
æ puritate freta.

Ecſtatica.

nt, quæ rem tollunt, ſeu è
movent; ſic ecſtatica Phy-
aturæ humanæ ſunt immé-
nnipræſentia. Comunicavit
us creaturæ eas perfectio-
ſtatus naturæ ferebat. Eas
excedunt ſtatum naturæ e-
uram evertunt, nec debuit,
it communicare. His oppo-
yſtatica, quæ rem conſtitu-
rporis in categoria quãti ſy-
nt 3. dimenſiones. Hæc ab-
ceſſitate ei ſunt neceſſaria.
ca ſunt, quæ rem circumſtãt,
vocãt res circumſtantes. Ad
ca pertinet locus; hic corpo-
atius eſt, neceſſitate ordina-

κὼν, ἄκων, Ἄγνοια.

& ἄκων eſt medium ὐχ᾽ ἑκὼν;
em ſponte eſt, ἄκων Invitus,
on ſponte. Sic medium in-
ν ſponte factum & ἀκούσιον,
n ſponte fit. Sed quid differt
non ſponte fit (ὐχ᾽ ἑκούσιον)
uod fit invitè (ab ἀκουσίῳ).
n peccato dicitur egiſſe ὐχ᾽
vel δι᾽ ἄγνοιαν (per inſcienti-
norantiam) egit quidem, ſed
leſtia ex eo afficitur. Is verò
giſſe ἄκων (invitè ſeu invitus)
quod egit inſciens vel co-
lore ac moleſtia afficitur.
3. Eth. c. 2. Quicquid fit per
m, fit non ſponte, ὐχ᾽ ἑκούσιον
autem id fieri dicendum
) quod ſubſequitur dolor,
m, qui egit, pœnitet. Nam

qui per inſcitiam quidlibet egerit, neq; ex ea actione dolore afficiatur, ſponte ille quidem non egit, ut pote quod neſciebat neq; rurſum invitus, quippe qui dolore non afficiatur. Eorum igitur, qui per inſcientiam agunt, is quem facti pœnitet invitus egiſſe videtur. Quem verò non pœnitet, quoniam alius ab illo eſt, egiſſe non ſponte dicatur.

Inſcientia autem vel eſt Accerſita, vel Non accerſita. Accerſita ἧς αὐτοὶ αἴτιοι, cujus ipſi cauſa ſumus, ut quæ exiſtit è mala educatione vel conſuetudine, qua multis mens corrumpitur. Non accerſita, cujus ipſi cauſa non ſumus.

2. Eſt rerum Univerſarum, vel ſingularum.

3. Eſt craſſa vel non craſſa,

Ignorantia, cujus ipſi cauſa non ſumus, veniam meretur. Improbi peccant inſcienter. Nam mala educatione vel conſuetudine depravati quid ſit agendum neſciunt. Id enim perſuaſerunt ſibi eſſe bonum, quod eſt malũ, quos tamen non dicimus invitos peccare, propterea quod ea inſcientia ex eo nata ſit, quod mens (principium) in illis ſit corrupta. Itaq; hæc ἄγνοια non efficit ut feciſſe dicantur inviti, ſed ut ſint improbi ſeu μοχθηροί.

Nec inſcientia rerum univerſarum cauſa eſt cur aliquis dicatur invitus agere. Qui enim res univerſas ignorant & omnibus notas, vituperantur. (Craſſa hæc ignorantia.) At qui agunt inviti, non vituperantur. Reſtat igitur ut inſcientia ſola rerum ſingularium (in quibus omnis actio verſatur) efficiat, ut aliquis invitus agere dicatur, ut ſi quis Patrem quem hoſtem eſſe exiſtimant, conficiat.

Imprudentia, quæ Græcis est ἀφροσύνη, aliud est quam Inscientia, sicut aliud est scientia quam prudentia. Itaq; aliud est agere per ἀφροσύνην, aliud agere per ignorantiam.

Arist. distinguit inter Inscientem agere & per Inscientiam agere. Ebrius aut iratus si quid peccet, non per Inscientiam, sed per vinum & ebrietatem aut perturbationem animi peccat. Peccat interim Insciens seu ignorans (ἀγνοῶν) οὐκ εἰδώς, non sciens, quia ira & ebrietas rectam rationem perturbant & impediunt.

Ignorantiæ distinctio generalior.

- Ignorantia, ἄγνοια
  - Theorica, quæ non assequitur finem contemplationis, veritatem & scientiam.
  - Practica,
    - Finis, τοῦ τέλους, τοῦ συμφέροντος, τῆς προαιρέσεως καθόλου, ἧς αὐτὸς αἴτιος quæ actionis finem verè scilicet bonum ignorat & negligit
    - Eorum, quæ ad finem tendunt, τῶν πρὸς τὸ τέλη, τῶν πράξεων, τῶν καθ' ἕκαστα ἧς ἀναίτιος.

Qui ex finis ignorantia, ἀγνοῶν πράττει; Qui ex ignorantia eorum, quæ ad finem tendunt, δι' ἄγνοιαν agit, & ille quidem ἑκών, hic verò ἄκων.

Ignorantia finis à malo habitu proficiscitur, & vitiorum perpetuus comes est, aut Zuinger. Eorum verò, quæ ad finem tendunt, ignorantia, non à malo habitu provenit, quia fine bono præsupposito ignorant tamen ea, quę ad finem consequendum faciunt.

Inter contraria Velle & Nolle medium est non velle. Bartolus. Verbum enim Nolle denotat expressam resistentiam quam non denotat Non velle. Philipp. Decius: Dormiens dicitur non velle, sed non dicitur nolle. Qui revocat τὸ βουλόμενον (placitum, sententiam, voluntatem) dicitur nolle; cujus voluntas cessat, dicitur Non velle. Ph. Decius ad Regul. 3. juris.

Extra disputationem illam superiorem Aristotelis Ethicam Non sponte & Invitus pro eodem sæpe accipiuntur. ut Germ. Nicht gern vnd vngern. Sic epist. Rom. c. 7.

Creatura (inanima & bruta) subjecta est vanitati οὐχ ἑκοῦσα, non sua sponte, non volens, sed invita, ἄκουσα, Vngern.

Ελεύθερος.

Ελεύθερον 1. est liberum, arbitrarium, pendens ex arbitratu alicujus.

2. Est liberale, ingenuo homine dignum. Sic contemplatio dicitur ἐλεύθερος & ἐλευθέριος.

us seu facilis. Ita quoq;
τερος dicitur. Vide Mon-
om in 1. polit. Arist, t. 117.

Ευφανίζειν.

eclarare, indicare, diluci-
icere, ut Act. 24. ἐνεφάνισαν
αὐτῷ τοῦ Παύλου, declararunt
iæ habebant contra Pau-

est apparere, cōparere, rem
ominū remotam in lucem
autem rem invisibilem in
bilem. Pro elucere usur-
ot. in Ethicis.

τῷ προσώπῳ θεοῦ, apparere
ctu Dei.

Usus.

nctorum dicuntur multis
& conspecta esse, non
am his ex invisibilibus fie-
vaderent visibilia, sed quòd
omnibus præsentia essent.
enim præsentia non erant,
rum oculis distabant remo-
, ab illis non conspicieban-
utrà κρύπτεσθαι seu occulta-
esse vel fieri invisibilem in
nulli nugati sunt, sed ab ali-
leri. Ita Joh. 8. Christus
cultavit se & abiit, & qui-
fiens per medium Judæo-
b iis cæcitate percussis non

Εναλλαγή.

exallage id est permutatio
Grammatica, nempe figura,
ctio aliqua vel accidens di-
itatur. Estq; duplex, Anti-
Heterosis. Illic quasi ἀντίας,
catis mutatio est. Antime-
ars parte, id est dictio di-
tatur. Heterosis, cum acci-
dens dictionis (vulgò partis) acci-
dente mutatur. Lat. Alteratio vel va-
riatio. Antimeria, ut nomen pro ad-
verbio, ut torvum pro torvè. Vid. Li-
nacrum lib. 2.

Enallage. 1. est cum unum derivatum pro altero sumitur, ut sunt edax, edo; bibax, bibulus, bibosus, bibo; loquax, locutulejus; nugator, nugo; blaterator, blatero; voluptuosus, voluptarius.

2. Cum substantivum adjectivo commutatur, vel contrà; ut, de sententia Homeri, de sententia Homerica, vir mirè facundus, vir mira facundia. Insignitè prudens, insignita prudentia.

3. Cum verbum activum mutatur in passivum aut contrà, ut magna me tenet admiratio. Magna teneor admiratione. Sic infinitum verbum pro nomine ponitur, ut virtus est vitium fugere, id est, virtus est fuga vitiorum.

Heterosis est 1 numeri pro numero, ut armatus miles, pro armatis militibus. Ramo est synecdoche quædam. Populo imposuimus, id est, imposui. Cicero. Hominis vultus, pro vultu, pars in frustra secant, id est secat.

2. Personæ pro persona, vel cum certa pro qua vis ponitur, ut Quid facias? ut homo est, ita morem geras, id est, faciat aliquis, gerat aliquis. Videas & flumina sicca, id est, videri poterant: vel cum pro prima aut secunda persona usurpatur tertia. Virgil. 4. Nec me meminisse pigebit Elisæ, id est, tui. Manibus hoc referes telo cecidisse Camillæ, id est, meo. Huc pertinet Apostrophe, cum orationem ad aliquam verè personam, aut quasi personam vertimus, ut Scipiadas duros bello, & te maxime Cæsar.

3. Generis pro genere, ut lacrymat pro lacrymatur, præcipitat pro præcipitatur

tatur, avertit pro avertitur. &c.

4. Casus pro casu quæ Antiptosis est. Ea res mihi venit in mentem. Ejus rei. Non sum id nescius, non sum ejus rei nescius.

5. Speciei pro specie, ut loquitur vulgus grammaticorum 1. cum deductis utimur pro primogeniis, ut magnis negotiis prohibitus est, magnitudine negotiorum prohibitus.

2: Diminutivis loco primorum, ut loquaculus pro loquace, nasutulus pro nasuto, pauxillum pro paulum, sæpiuscule, vel sepicule, pro sæpè.

3. Frequentativorum pro primitivis, ut dictito pro dicto, jactito pro jacto.

4. Substantivorum pro adjectivis, aut contrá, ut si quis pro Pestilente pestem, pro nequam nequitiam nominet, cui simile est, & finitimum, cum dicimus Hispanos mores, pro Hispanicis.

5. Comparativorum aut Superlativorum loco positivorum seu absolutorum, ut tristior pro tristis, facundissimus pro vehementer facundus ut placet Erasmo. lib. 1. de copia verborum & rerum.

6. Cum patronymicum loco primigenii ponitur ut Scipiades pro Scipionibus.

7. Figuræ pro figura, id est cum utimur simplici dictione pro composita, aut contra, sivè hoc tropo fiat, sive sine tropo, ut mittere, pro omittere, Deridiculus pro ridiculus, exaudio pro audio, inaudire pro audire.

8 Temporis pro tempore, prædiceres pro prædixisses. Laurus erat, pro laurus esset, vicinus pro vincemus.

9. Modi pro modo, ut vicero pro vincam, salutabis pro salutato. Huc pertinet Enallage historica, qua infinitum verbum adhibetur, pro indicativo, adjuncto quoq; nominativo, ut Catilina inter primos milites adhortari, id est adhortabatur,

10. Flexionis, id est declinationis, vel conjugationis. Atq; hæc est ultima variatio, ut violens & violentus, hilaris & hilarus, senectus & senecta, lavere pro lavare, cavere pro cavére, accersire pro accersere.

11. Literarum, vel Syllabarum. Hæc variatio est in prosthesi, Gnatus pro natus. in Epenthesi ut navita pro nauta, in proparalepsi, ut loquitur Erasmus Roterodamus in top. ut dicier pro dici, in aphæresi, ut tuit om... latè, pro eruit, in paragoge, pote... pro potest, in Syncope extinxti ... extinxisti in Apocope Mage pro magis; vin' pro visne. Qui sunt meta... lasmi, quia dictionem transformant. Metaplasmus enim est figura mutans orthographiam aut p...iam.

Enallage annua ἐναλλαγὴ ἐνιαύσιος

Enallage annua, annua conversi... , revolutio, revertens annus, Trop... annus sunt ... , nempe significant tempus illud, quo Sol ad idem æquinoctium, aut Solstitium, aut ... um certum locum revertitur, quem dato aliquo certo initio occupaverat. At sidere⁹ ann⁹ est Copernico & ... us discipulo Erasmo Reinholdo spatium temporis, quo Sol ad eandem stellam inerrantem revertitur. Ill... hic minor est triente unius horæ cum quincunce seu 20. scrupulis & 13 secundis Vid. Joannis Stadii Ephemerides pag. 9.

Enallage æquiparationis dati med... in Arithmetica dicitur Alligatio, quæ insignem habet usum in ea m... specie, qua præstantiore vili... , ... re præstantius certo gradu t... ratur, qui videlicet designetur m... ...

utem nihil aliud quam
o extremorum per alter-
differentias. Totus enim
actorum æquat factum à
ifferentiam simul utram-
nter. 5. & 11. medius da-
æratur ejus æquiparatio
is, hoc est quæratur is,
ultiplicans faciat ejusdē
um ambobus extremis
s. Exempli gratia: dif-
noris 5. à medio 8. est 3.
n majorem 11. dat 33. Dif-
dii ab 11. extremo majore
. quæ ducta in minorem
mbo faciunt 48. & factus
simul utramq; differenti-
ferentiam duorum extre-
tidem 48. Vide Petri Ra-
Lazaro Schonero emen-
:.1.

Enallage.

... est nominum permu-
lages species in Mathesi
gorum terminorum per-
alternatio. Ram*. In nu-
ocum non habet, nisi ho-
rminis proportionis æ-
hic.

2 3
2 3

utem exemplorum Me-
nologorum, id est ejus-
s terminorum permuta-

Ut cibus ad cor-
orpus pus, sic honos ad
tes artes.

Ἑνδιαδυς, Hendiadys.

Hendiadys figura sermonis est Grammatica, qua ex uno duo fiunt. Nominanda erat ἓν διὰ δύο vel ἓν διὰ δυοῖν. Roman. 1. Gratiam & Apostolatum, id est gratiam Apostolatus. Manutius lib. 2. patriam & jura, hoc est patriæ jura. Et lib. 5. Spica & Scapus, hoc est Spicæ Scapus, ut interpretatur. Joseph. Scal. Paulus ad Roman. 2. per circumcisionem & literam, id est, per circumcisionem literæ, hoc est, literalem seu externam.

Ἐνάργεια.

Ἐνάργεια (Latinè Evidentia) Oratoria, est oratio seu descriptio exprimēs rē, vel personam, (affectus, mores, sermonem & alias circumstantias,) ita clarè & copiosè, ut lectori sub oculos quasi subjecta sit. Est tanquam viva alicujus pictura. Hujus igitur officium est illustrare & depingere res quasi, ut omnibus partibus fere expressæ & tanquam vivis coloribus expolitæ spectentur.

Huic subiicitur ὑπογραφὴ seu ὑποτύπωσις, Rei descriptio, προσωπογραφία personæ descriptio, χαρακτηρισμὸς effictio vel pictura animi vel corporis, προσωποποιία personæ fictæ descriptio, ἠθοποιία morū vel affectuum mitiorum vel naturalium propensionū expressio; Παθοποιία vehementiorum affectuum expressio; Διαλογισμὸς cum personæ affingitur oratio brevis vel longa pro decoro ej*; μίμησις effictio seu imitatio morū, gestus, sermonis: Τοπογραφία loci descriptio. Τοποθεσία loci fictio, cum describitur locus, qui non est in rerum natura, χρονογραφία descriptio temporis. Λέξεις ἐναργεῖς sunt valdè significantes, significantiores, & πληκτικαὶ, ferientes.

Quintiliano Ἐνάργεια est sermonis perspicuitas. lib. 8. cap 3.

Ἐνέργεια sermonis vis & efficacitas est. Ἐνάργεια à Cicerone dicitur illustratio, Quintiliano Repræsentatio. Pro ea non rectè [illegible]citur ἐνέργεια teste Budæo. Ἐναργὴς metaphora, id est illustris.

Exemplum Enargiæ est: Ipse inflammatus scelere ac furore in forum venit, ardebant oculi ex facie ex ore crudelitas eminebat, ein augenscheinliche beschreibung: der Fürbildunge.

Ἐνέργεια.

Ἐνέργεια interdum in Philosophia significat actum vel motum, & opponitur potentiæ, seu δυνάμει ἀντιφατικῇ ut τῇ ἐνεργείᾳ ὄν, quod extat, vel facultati, ut aliud est facultas intelligendi, aliud ἐνέργεια intelligendi.

Interdum significat internam seu intimam actionem (qualis est animæ nostræ intellectio) oppositam ποιήσει, quæ externa actio est, Interdū πρᾶξιν & actum ut cum dicitur virtutis ἐνέργεια vel ἐνέργεια κατ' ἀρετήν. Ἐνέργεια igitur est vel imperfecta, ut alteratio, vel perfecta ἀπλῶς, ut sensio. Hæc sub genere Actionis est. Illa sub motu.

Usus.

Quæritur. An peccatum ut homicidium sit δυνάμεως ἀντιφατικῆς?

Affirmatur.

Distinctio autem hîc prorsus necessaria consideranda est, contra Manichæorum insanam turbam: quòd aliud sit potentia determinata ad unam certam operationem, seu ἐνέργειαν: vel ἕξις formaliter subjecto inhærens, & necessariò efficiens suum opus effectumq; ad quod est in opere creationis determinata. Aliud v. πρᾶξις seu ἐνέργεια, quæ de præexistente δυνάμει ἀντιφατικῇ, id est, habente ἀντίφασιν, libera voluntatis actione educitur, sive ad utramq; partem plerumq;, sive semper moveatur. Horum prius, nempe δύναμιν definitam seu determinatam ad actum unum, seu potius ad ἕξιν φυσικὴν Manichæi pro causa peccati hominis actualis accipiunt. Posterius verò ratio sana & cum hac, Scriptura quoq; ipsa in homine statuit. Nam & Aristot. 2. Ethic. c. 1. ut αὐτοὶ μᾶλλον πεφύκαμεν πρὸς τὰς ἡδονάς, & alibi ἀδικοῦντα δεῖ τὸ πολὺ ἂν ἄνθρωποι ὅταν δύνωνται: Et, sacræ literæ hominis proximam causam vitiosæ actionis faciunt liberam ejus voluntatem, pravis se adjungentem, cum posset & deberet adhærere bono justitiæ, peccato oppositæ, itaq; δύναμιν voluntatis ἀντιφατικήν. Hanc Manichæi inficiantes, quod in ipsis est, spoliant hominem præstantissima parte, adeoq; ea parte per quam homo est, & facultate intelligendi ac volendi, & h[illegible] facultatis ἐνεργείᾳ quando videlicet hujus facultatis & ἐνεργείας planè nihil homini relinquunt in tota conversione ad Deum, sed totum hoc sese Deo asserere jactant ita, ut tantū patiatur homo, repugnet, rebellet, fremat, rapiatur, cogatur.

Ἐνεργεῖν.

Ἐνεργεῖν { actu esse; Operari.

Aristoteles in doctrina de Motu. Fuit unum quodque jam sit actu, jam non sit actu. Sic enim hîc est vertendum ἐνεργεῖν non, ut ab interpretibus est factum, verbo Operandi.

Ἐνθύμημα.

Enthymema est 1. νόημα vel [illegible] a conceptus animi, commen[illegible] interior sententia vel cogitatio. [illegible] μνημάτιον est commentatium. [illegible] lius. [illegible]

Generaliter pro syllogismo μονολημμάτῳ seu ἀπλῷ partibus imperfecto, sive sit necessarius, sive probabilis, sive Sophisticus. Sic usurpavit Arist. in Rhetor.

cipi-

Specialiter pro Ratiocinatione imperfecta

Ex

Contrariis Repugnantibus sic usurpatur à Cicerone.

Signis (sic usurpatur ab Aristotele) vel consequentibus, ex antecedentibus, è connexis.

n ab ἐνθυμέω, sed ab ἐνθυ- d est in animo cogito. Hoc petulanter contra me scri- lt:

putat se dicere posse Latine ipsum est faceret Cor, si cor haberet:

Sic:

θυμεῖν se Græcè dicere posse, ceret μὲν θυμ. si θυμὸν haberet.

m vitium est dicere Osculino, pro osculor vel cri- m vitiosum dicere pro ἐνθυμέω.

nthymema & Contractio, gnata. Enthymemati si pars deest. Contractioni verò icula Enthymematis. En- est: Socrates est Philosophus: quidam homo est Philoso- ontractio verò: Quidam Philosophus, ut Socrates. o enim sit, cum argumen- xemplo ita subiicitur spe- tioni, ut utramq; partem & assumptione affirma- tur. Ac hujus Syllogismi matici adjunctum plerum- tractio.

Ἔννοιαι.

Ἔννοιαι Latinis sunt insitæ, & quasi consignatæ in animis notiones, ut totum est majus parte, parentes sunt amandi. Dicuntur hæ κοιναὶ, id est, communes, quod insint omnibus. Sic sentiunt Platonici. Sed his adversatur Aristot: nam cap. ult. lib. 2. analyt. post negat, animæ quicquam ingenitum præter facultatem ad notiones omnium rerum excipiendas, ut quarum principium proficiscatur ab observatione rerum singularum per sensum, & cap. 4. lib. 3. de anima asserit intellectum quando primum cum corpore conjungitur similem esse tabulæ novæ & nudæ in qua nihil sit depictum. Arist. igitur ἐννοίας Platonico sensu reiicit, & lumen rationis internæ iis substituit. Platonem Augustinus deserit c. 15. lib. 2. de Trinitate, ubi inquit, potius credendum est mentis intellectualis ita conditam esse naturam, ut rebus intelligibilibus naturali ordine, disponente conditore, subjecta sic ista videat, in quadam luce sui generis, quemadmodum ocul⁹ carnis videt, quæ in

 hac

hac corpora luce circumadjacent, cujus lucis capax, eiq; congruens est creatus. Lucianus in dialogo ἐννοίας πολυπλόκους dicit pro perplexis cogitationibus.

Dicuntur ἔννοιαι etiam Ideæ. Sic Jacobus Mazon. 1. sect. compend. Phys. Plat. & Arist. pag. 14. Dico ideam illam animi notionem, quam Græci ἔννοιαν appellant, qua quicquid animo concipitur, omnibus numeris absolutum effingitur, atque adeo, ut extra vix ac ne vix quidem reperiatur. Exemplo est Ciceronis orator, cujus imago cogitatione tantum est complectenda.

Ἐνυπαρκτικῶς.

Ἐνυπαρκτικῶς est idem quod κατ' ἐνύπαρξιν secundùm inhærentiam seu, ut ita dicam, in existentiam. Huic opponitur modus, adhærentiæ, Circumstantiæ, Contenti. Ut ignis est in ferro, sic etiam essentialis ejus calor in ferro est, videlicet ut συνεχόμενον (contentum) ἐν τῷ συνέχοντι in continente. Aer enim, qui antè intra poros ferri, continebatur, in ignem mutatus est, qui ignis jam intra eosdem poros latitat, & sic in ferro calorem extra sese generat, ita ut calor in ferro revera sit effectum transiens caloris illius, qui in igne οὐσιωδῶς & ἐνυπαρκτικῶς manet. M. Henricus Gutberleth in vindicatione suarum disputationum.

Ἐνύπνιον.

Ἐνύπνιον 1. accipitur Nominaliter tùm pro somnio. id est. viso in somno, seu eo quod apparet per quietem, sive fallcet sive nō fallat: tùm pro somnio tantùm illo quod fallit per synecdochen. sic Aristoteles accipit.

Distinctio è Thom.

Causa somniorum, aut est exterior, aut interior.

Exterior aut est animalis, ψυχική, aut naturalis, φυσική seu corporalis.

Interior aut est. corporalis σωματική, aut spiritualis πνευματική.

Hæc est aut divina, aut Satanica.

Animalis) cùm phantasiæ dormientis occurrunt ea, in quibus cogitatio aut affectio ejus fuit occupata tempore vigiliæ.

Corporalis) cùm ex interiore corporis διαθέσει formatur motus vel species tali διαθέσει conformis. Sic phlegmatici somnia sunt aqua, nix: signa hæc sunt temperamenti.

Σωματική) cùm phantasia dormientis immutatur ab aëre continente vel impressione cœlestium corporum, unde, quæ apparent dormienti cœlesti dispositioni sunt conformia.

Spiritualis) cùm Deus per ministerium, angelorum immittit somnia (Talibus est credendum) vel Diabolus (Talia sunt fallacia) Vide Thomam in 2. secundæ quæst. 95.

2. accipitur adverbialiter pro eo, quod est in somno seu per quietem, sic usurpavit P. Homerus.

Alia distinctio.

Somnium aut est naturale, aut non naturale.

Natural est è causis externis vel internis.

Estq; vel vulgare, (hoc nihil futuri significat) vel præsagiens.

Non naturale, est vel divinum, vel Diabolicum.

Somnium
- Rectum, εὐθυονειρία, Expressum, quod directè pingit, repræsentat & significat.
- Obliquum, φανταστικὸν, ... q; indirectè, sæpè per imagines, phantasmata & ænigmata quippiam offert & denunciat.

Explicatio.

nis) *A causis externis sunt*
, quæ ab occupationibus &
is existunt. Ab iis enim,
rdiu sensus foris fuerunt
is inquam objectis relin-
ta impressa in nervos &
a. quando attingunt sensum
, ita eum afficiunt, ut in-
erberant. Tum sensus com-
motus movet imagines in
le sequitur sæpè tota histo-
quis projiciat aliquid in a-
excitatur. Hinc movet a-
deinceps, donec infinita ex-

rnis) *Ab internis causis fi-*
, ut cum sæpè somniamus de
quibus non tantùm inter-
gitavimus, sed ne in vita
quam. Hæ internæ causæ
eramento corporis vel affe-
alicujus, ut cum Phlegma-
na somniat. ibi sensus com-
movetur ab externis causis,
tis, quæ adhuc hæserunt in
l ab internis, & pro eo ut est
s, ita variè efficitur sensus
Sæpè aliquis somniat sibi
t, & vigilans deprehendit
d hanc internam causam re-
rationem. Ex ratione enim
mutatur corporis tempera-
taq; fiunt Spiritus alii. Al-
interna est natura cerebri.
ræ, tamen in cerebro alicujus
sit præsaga, tunc adjuvatur
Dei præsertim in bonis. Hanc
nt ab externa causa, ab astro-
Quis habet, inquiunt, Mer-
unam sunt somniatores tales,
ant: sed D. Efroimus ad causas
fert. Tertio loco inter inter-
refero etiam intelligentiam.

Nam in iis, qui temperanter vivunt, qui non dormiunt ebrii, non jacet prorsus τὸ διανοητικὸν, Mens & intelligentia, sicut nec in brutis τὸ φανταστικὸν in totũ quiescit: (habent hæc quoq; sua quædam somnia) Sic διανοητικὸν in homine non prorsus obruitur, sed motus animi potest se mirificè exercere in somno, virtute animæ potest se commovere intelligentia, imò ipsa Anima potest aliquid suggerere sicut videmus aliquem sæpè cogitabundum se conferre cubitum, qui postquam interdiu variè volvit revolvitq; meditando rem obscuram non nihil per somnium sæpe numero exquirit rem & indagat, quam de die multùm meditando, ac ultrò citroq; revolvendo nullo modo invenire potuit.

Divinum) *somnium divinum θεόπεμπτον est, ut quando Deus misso angelo Josepho nunciat quid faciendum sit, ne à tyranno interficiatur. Hoc somnium propriè non est φάσμα seu φάντασμα inane aut vanum.*

Ἕνωσις.

Ἕνωσις unio est, hoc est, plurium conjunctio; Et fit vel unitorum conservatione, vel transitione. Conservatione, ut in conjunctione animæ & corporis. Transitione, ut in mixtione: Ibi enim unio est transitio plurium naturarum in unam naturam. Vel est contrariarum qualitatum inter se agentium & patientium contemperatio. Sic Zabar. Natura mistionis in plurium substantiarum unione præcipuè consistit h. e. in earum mutatione in naturam & substantiam unam. l. 1. de gener. mist. c. 9. pag. 545.

*Ἕνωσις οὐσιώδης (unio essentialis) communis est vel singularis. Communis, naturalis; materiæ & formæ, animæ & corporis, quatenus ex iis constat natura humana.

Singularis, divina in Triade mystica, ubi tres personæ propter unitatem essentiæ, qua sunt unitæ, sunt tantùm unus Deus.

Ἕνωσις προσωπικὴ seu καθ' ὑπόστασιν, id est, unio personalis seu hypostatica, communis est vel singularis. Communis est animæ & corporis, quatenus ex utroq; constat unus homo.

Singularis est in Christo τοῦ λόγου & carnis assumptę. Est & ἕνωσις κοινωνική, socialis: quæ est σαρκική, carnalis, viri & uxoris: vel παραστατικὴ seu κατὰ παράστασιν, id est, per assistentiam, per societatem auxilii, vel κατὰ χάριν (secundùm gratiam) vel κατὰ σχέσιν (secundùm affectum) aut ἀξίαν & ὁμοτιμίαν, id est, dignitatem & eundem honoré.

In Physiologia & doctrina sacra etiam quædam ἕνωσις est πνευματική, spiritualis, ut intellectus & rei intellectæ, amantis & amati, Christi & Ecclesiæ.

Ἕνωσις τεχνική, artificialis, varia est, ut φυρμὸς, conspersio, ex humidis & siccis mistio: σύγχυσις, confusio, ex solis siccis, cum ex contusis cinamomo, gingibere & pipere fit tertium genus aromatum: σύγκρασις, ex solis humidis, commixtio, ut aquæ & vini: Vel cum ex aqua & melle fit mulsum.

Ἑνώσει, quæ & interdum dicitur συνάφεια (copulatio) & περιχώρησις à Damasceno, opponitur separatio χωρισμός.

Ἐξᾴδειν.

Ἐξᾴδειν Platoni est vehementer canere, intenta voce cantare, percantare, decantare. Ἐξ enim hic auget significationem, ut in verbis ἐκδιδάσκειν, i.e; exquisitè & copiosè docere, ἐξευρεῖν, ἐκσώζειν, ἐκπίνειν. Sic particula De auget in Decanto, Desævio, Demano. Verbo ἐκδιδάσκω Plato in Protagora usus est, ubi describit Sophistarum indiligentem diligentiam. Ἐξαντλεῖν,

i.e. exhaurire, vel largè haurire, est apud Nazianz.

Ἐπεξεργασία.

Ἐπεξεργασία est accuratior tractatio rei. Res παχυμερῶς tractata dicitur ἀκριβέστερον tractari cujus ἐπεξεργασίας magna est utilitas. Serran. in Craty!.

Ἐξίστασθαι.

Ἐξίστασθαι est desinere, degenerare, transire, ad stuporem usq; mirari, extra se esse, quo significatur mentis alienatio. Οἶνος ἐξιστάμενος, vinum desinens, id est, fugiens. Cic.

Ἐξιστάμενος τῆς φύσεως qui degenerat à natura sua.

Ἐξουσία.

Ἐξουσία est potestas ea, quam potentior aut opulentior aliquis propter opes suas aut potentiam (quæ Græc. δύναμις est) aut magistratum adeptus est. Redditur etiam voce Arbitrii. 3. Pol. text. 6. Cui est ἐξουσία judicandi id est arbitrium, autoritas, potestas. Sic dicitur Christo data est ἐξουσία judicandi. dicitur a. ἐξουσία æquivocè de actu & vera potestate sicut apud latinos potestas.

Οἱ ἐν ἐξουσίαις, qui potestate & autoritate præditi sunt. 1 Eth. c. 4.

Quod propriè loquendo ἐξουσία à δυνάμει differat, ostendit locus Arist. lib. [illegible] c. 8. de moribus. Viro forti opus erit δυνάμεως (copiis & potentia) [illegible]dem aliquid suæ virtuti consentaneum effecturus est, & temperanti [illegible]σίας (auctoritate & licentia, ut vertit Lábinus: etsi doctiss. Berg[illegible] & al[illegible] ἐξουσίαν facultaté peccandi verte[illegible]

Ἐξοχή.

Ἐξοχὴ ἀρετῆς, excellentia seu em[illegible] virtutis Ethicis est virtus Her[illegible] Physicis ὑμένων ἐξοχαὶ sunt m[illegible]narum extuberationes vel e[illegible]scentiæ.

s nuncupatur seu nomi-
-quod convenit ipsi κατ' ἐ-
Roland in Lexico Chym.
t ars res solidas in succum
: Sed per synecdochen
cilioris, κατ' ἐξοχὴν sub so-
um coactio seu coagulatio
r ab antiquis Chymicis
ulgatum illud: Solve &
Huc pertinent illa Cice-
majore parte res pleræque
ar. Et: *Ex majore parte u-*
rem appellari spectariq́; di-

he igitur ἐξοχὴ seu excel-
tur, cum nomen generis
& illustriori speciei attri-

articulus ἐξοχὴν, id est præ-
i notat, ut Alchymia Phy-
ndi purum ab impuro ad
lum medicaméta, tam cor-
manis persanandis, quàm
ad summam perfectionem
dis accommodata.

ὴν, dicitur etiam ἐξαιρέτως.
1. Olynth. ubi Demosthe-
ῶν ἡλικίᾳ, homines in æta-
t per τοὺς νεωτέρους, juvenes,
t rationem, ἡλικία γὰρ ἐξαι-
ῶν νεωτέρων, Ætas enim per
am de juvenibus dicitur,
tate omnia agere possimus.
ο πάντα πλεῖστον δυνάμεθα.

Ἐξωτερικοί.

ponitur ἀκχέω seu ἐσωτερικῷ
Bonum ἐξωτερικὸν id est ex-
ortuitum. Ἐξωτερικὴ ἀρχὴ ex-
incipatus. Οἱ ἔξωθεν λόγοι
tationes omnibus obvice,
, tr... s. Libri exoterici
po...la...ter scr pti ...xis

seu οἱ ἐξω... sunt, qui

non sunt relati in Ecclesiasticam communitatem, ut profani. Al ἐξώτεροι alieni.

Aristot. scribit 1. Polit. text. 46. Imperia quæ de rebus inanimis dicuntur, esse σχήσεως ἐξωτερικωτέρας, considerationis magis extraneæ.

Libri exoterici Aristoteli sunt externi, id est, qui sunt extra id opus, in quo tunc versatur. Genesius. Sed displicet Victorio. Externi λόγοι Aristoteli sunt, qui sunt præter principale propositum rei de qua fit mentio.

Ἔοικε, videtur sic apparet.

Sæpe hæsitationem seu dubitationem vel saltem modestiam significat Aristoteli, ut cum aliquid non enuntiatur asseveranter, ut libr. 1. de anima cont. 14. Videntur animæ passiones omnes esse cum corpore. Maximè assimilatur proprio ipsum intelligere id est, videtur intellectio esse propria animæ, non communis tex. 12. 1. de anima. ἔοικεν ἰδίῳ, est simile proprio, apparentiam quandam habet quòd sit operatio propria. Paulò antè dixit φαίνεται, videtur plurimarum passionum nullam sine corpore pati aut agere, id est, fieri anima aut patiente, aut agente. Hic φαίνεται verbo usus est ad significandam evidentiam.

Ἐπαμφοτερίζοντα corpora.

1. Corpora ἐπαμφοτερίζοντα dicuntur quæ sunt naturæ ancipitis.
2. Talia sunt animalia quæ partim in aqua, partim in terra degunt: Aliàs ἀμφίβια.
3 Et quæ utroq; sexu participant, ut Androgyni.
4. Et noctuæ, quæ quatuor pedes ut terrestria animantia, alas ut volucria, obtinent.
5. Struthio item Africus, qui pennas habet

habet,& bipes est,ut,avis, in pulpebris autem pilosus est,& bisulcus, ut quadrupes.

6. Prætetea loco ἐπαμφοτερίζουσι, h. est ambigua sunt, aer & aqua, terræ & ignis comparatione Aristot. lib. 3. Phys. c 5.

7. Ut enim gravitate & levitate; sic etiam super & infero loco participant.

8. Aer autem & aqua non sunt levia & gravia simpliciter omninoq; , sed κατά τι.

9. Igitur nec omnino absoluteq; in infero loco sunt,aut supremo.

10. Aqua tamen magis est in loco infero,quam supero:Aer contra.

Επανάληψις, Epanalepsis,

1. In Rhetoricis Epanalepsis est figura dictionis, qua idem sonus vel eadem vox in principio est & clausula, ut; Multa super Priamo rogitans super Hectore multa.

2. Philologis Epanalepsis est, cum post aliqua multa interposita majoris lucis gratia resumimus, quod in principio collocavimus (quo exempto, nihilominus constructio manet integra.)

Habet interdum notas suas, Igitur, inquam,Sed: Soletq; adhiberi post longiusculam parenthesin.

Fit verbis iisdem vel synonymis: Cicer, Cave existimes Brute, (quanquam non necesse est, me ea ad te, quæ tibi nota sunt scribere) cave putes, probitate, constantiâ, curâ, studio Reip. quicquam illi esse simile.

Idem i Tuscul.

Confirmato illo, de quo (scil. immortales animi sunt) dubitare non possumus, cum tantus interitus in morte sit, ut ne minima quidē suspicio sensus relinquatur: hoc igitur probè stabilito & fixo, excutiendum est, ut sciatur, quid sit carere.

3. Epanalepsis, resumptio, est figura dicendi, qua id quod antea obscurius vel minùs sufficienter dictum est, denuò in manus sumitur, ut clarius evidentius pleniusq; exponatur.

Exemplum hujus resumptionis est cum aliquid primū dicitur tropicè, quod deinde dicitur propriè. Ejus interdum signum est conjunctio Enim. Exempla in epistolis Pauli occurrent multa, quæ recitat H. Zuing. in Resp. ad confess. L. p. 434.

Επάνοδος.

Epanodos interdum ponitur pro Epilogo, teste Platone. In Rhetorica est figura repetitionis, l. Regressio

Epanodicum metrum.

Epanodicus versus habet cognationem magnam cum retrogrado, seu recurrente. Sic autem differunt. Hi retroaguntur omnino, id est, retroversis mensurantur dictionibus: Illi vero fiunt cum per eadem recurrimus verba ordine inverso relegentes, sed non per omnia, ut Sedulius de Eva.

Noxia tu conjux magis an Draco perfidus ille?
Perfidus ille Draco: sed tu quoq; noxia conjux

Ita Vida.

Nec sine Sole suo lux, nec sine luce sua Sol.

Germanitas hæc per se perspicua est. Sed & Retrogradum metrum Epanodicum ex toto rectè dici potest.

Ἐπεξήγησις.

Epexegesis (oratoria potissimum [illegible] tur, cum verba sequētia præc[illegible] interpretantur: suntq; i[illegible] vel [illegible] pria, vel figurata. Ponitur e[illegible] pleniore narratione, quæ u[illegible] dicitur enarratio.

…mmatici Appositionem, …nt, ut Urbs Roma, voca… …gesin: quòd una vox al… …ret seu exponat. Emma… vocat substantiva con… quæ nulla conjunctione …)ad eandem rem spectan… …ositio ἐξηγητική.

…πιγίνεσθαι τινί.

…us M. usurpat pro acci… …cui (quod post essentiã rei …re, accedere alicui. Mors …imantibus, id est, accedit …) seu accidit. Rectè enim …r accidens animantis, et… audeant hoc negare. Ba… Oratione seu Homilia, ὅτι ὁ θεὸς τῶν κακῶν. Κακὸν τοῖς τ… …καῖον ἐπιγίνεται, οὐκ ἐν ἰδίᾳ ὑ… Hic opponũtur ἐπιγίνεσθαι, …ρξιν εἶναι, id est, accidens …malitiam esse & esse sub… Idem ibidem: τυφλότης δὲ τῶν ὀφθαλμῶν ἐπεγένετο, id …s accidit seu supervenit o… …ruptione (παρὰ φύσιν igi… …tthæus Dresserus Græcæ …tissimus vertit; Cæcitas …is oculorum est accidens. … displicet. Non enim vo… …ilius: Cum cæcitas poti… …quædam & natura sit cor… …culorum: Cæcitas enim …ptione oculi nulla est.

…Epigramma.

…a primum significat ἐπι… …scriptionem seu Titulum …Manilius vocat signantiam …est, notionem seu signifi… …quod observavit Jos. Scal. …t. & castigat. lib. 2. Manil. …eu intentionem accusato… … in Rhet.

3. Epigramma est breve carmen & argutum super qualibet re.

1. Brevitas hujus pressam orationem desiderat, & versuum numerum quàm minimum.

2. Pressa oratio est, cum sententiæ omnes ac verba, neq; lucem neq; ornatum afferentia removentur.

3. De versuum numero senis aut septẽ summum ferè distichis absolvitur, vel 14. Phaleuciis aut paulo pluribus.

4. Argutiarum laus cernitur tum in ipso genere sententiarum, tum etiam in quadam venustate orationis, quæ quod argutè excogitatum est, argutè etiam ac venuste exponat.

5. Argutiæ continent Decorum, quod in rebus & personis cernitur. In rebus ut ampla graviter, & magnificè subtilia subtiliter, seu tenuiter; mediocria temperatè dicantur. In personis videatur quid persona postulet, qualisque sit, alioqui incides in Aristarchos.

6. Epigramma duabus ferè constat partibus, expositione & conclusione. 1. expositio est tum simplex tum multiplex. Simplex fit ex uno, vel etiam altero loco, ut notatione, causa, comparatione, facto, tempore, loco, personæ. Multiplex est, quæ conficitur locis conglobatis, verbi gratia comparationibus, exemplis, causis, effectis.

7. 2. Expositio narrationem habet, vel veram, vel fictam. Itaq; fabula interdum in Epigrammate utimur.

8. Conclusio Epigrammatis est Epiphonema, exclamatio: O quantum est subitis casibus ingenium! vel argumentum aliquod maximè è loco majorum, minorum, parium, conjunctorum, consentaneorum, ut, Quæ nondum data sunt, stulte negata putas? vel sententia seu Gnoma: ut,

Quicquid amas, cupias non placuisse nimis. Vel Venustas aliqua cum expositione consentiens, ut, posthume non benè olet, qui benè semper olet.

1. Epigramma est vel explanatorium, quo apertè & cādidè propositum seu institutum describitur: vel Aphoristicum, quo propositi (ut rei personæve) proprietates simpliciter indicantur.
2. Epigrammata sunt simplicia vel conjuncta.

Simplex Epigramma est in quo simpliciter rem exponit Poeta ita ut tantum loquatur, nec alium loquentem introducat.

Conjunctum est in quo Poeta & loquitur & alium inducit loquentem.

Ἐπιεικὲς, æquum bonum.

In Ethicis Aristotelis τὸ ἐπιεικὲς dupliciter accipitur.

In Ethic. Nicomach. cap. 15. consideratur quatenus æqualitatem spectat. At lib. 6. cap. 11. ubi agit de Gnome & syngnome, ἐπιεικείας mentio fit, quatenus recta in judicando ratione ac prudentia utitur. Theod. Zuinger. in Tabul. Ethic. ad laudata cap. Idem: τὸ ἐπιεικὲς Jus, Æquum Bonum vocamus, quod non summo jure agit, sed ignoscit in quibusdam, consentit, & de suo jure cedit. Et: ἐπιεικὴς interdum habet συγγνώμην, id est, ignoscit iis, qui inviti aliquid fecerunt. Opponitur ei illud, quod absolutè jus est, seu generalis dispositio, seu strictum jus l. placuit C. de judiciis. Placuit in omnibus quidem maximè in judiciis majorem esse humanitatis atque æquitatis (ἐπιεικείας) quàm stricti juris rationem.

Involuta σκέψις esse videtur apud Arist. 5. Ethic. in fine, An æquum & bonum ei, quod absolutè jus est, sit melius? Respondet Philosophus: Cum æquum & bonum jus sit, non est melius eo, quod simpliciter justum est, sed eo peccato, quod ex simplici & generali sermone natum est, interprete ἐπιεικεῖ Petro Gilkenio (Æquum & bonum melius est non ipso jure, sed peccato, quod ex fusiore solutioreq; legis sermone contractum erat, quod strictum vel summum jus Jurisconsulti appellare solent) Hæc exemplis declarantur à Gilken. in sine Com. in 5. Eth. Arist.

Generalis constitutio interdum ex æquo & bono temperamentum admittit. Ex æq: T] periphrasi ἐπιεικῶς.

Regula juris interdum ex æquo & bono admittit exceptionem & moderationem.

Ἐπιεικῶς.

Ἐπιεικῶς pro locorum circumstantiis variè exponitur. Nunc est humaniter, vel moderatè (ἀνὴρ ἐπιεικὴς, vir moderatus) nunc commodè, non malè, non incommodè. Ἐπιεικῶς πεπαιδευμένος, non insolenter institutus. ἐπιεικῶς πέφυκε πρὸς τὰ πράγματα, non incommodus ad res gerendas. Apud Platonem ἐπιεικῶς πάλαι satis dudum. Apud eundem, ἐπιεικέστατος ἰδίας, faciè liberali satis & honesta.

Ἐπίζευξις.

Ἐπίζευξις
- Grammatica: Hæc habet elegantiam.
- Rhetorica, figura repetitionis seu iterationis. Ite ite vat ire sub umbras.
- Theologica, ἐπίζευξις [illegible] των, Nazian. Modus loquendi de persona Christi, qui [illegible] dicitur κοινωνία ἰδιωμάτων [illegible] ἰδιωμάτων.

ammatica geminationis.
ro Undecunq; Horat. lib.
m: *Mercedem aut nummos*
xtricat, id est, undecunq;
; re,
t, quacunq;. Ubi ubi, id est
Quoquomodo id est, quo-
It ut sit, Es sey wie es wölle.

Eπίθετα.

πίθετα sunt apposita,
peciatim Epitheton est vel
n substantivo additum, ut:
urum, Auri sacra fames,
a. vel quod quocunq; mo-
itivo adjicitur 1. per Anto-
1, ut: Amphitryoniades vel
ro Hercule. 2. per Periphra-
nscriptionem, notationem,
thius heros pro eodem, ul-
cta flagello, pro Tisiphone.
gesin. (vulgo vocant Appo-
)ut: Opes irritamenta ma-

t sunt necessaria, aut non

quæ adhibentur discretio-
ut; Tibull.

nos ad mala nostra
in sævas quod dedit ille feras.
uit, feras ad distinguen-
mesticis & mansuetis.
petua, aut temporaria.
nt quæ propria sunt naturæ,
ovis, humida nox.
sunt, quæ pro negotiorum
, aut ornatus gratia scriben-
o accersuntur, Ovid:
igiles corpus miserabile curæ.
bull:
acies cinxit discordibus ar-
s.
chetis egregia in 6. lib. de re
Georgii Fabritii.

Epitheris accidit quædam permutatio.

Epithetorum permutatio seu ὑπαλλαγὴ seu μετωνυμία, cum vel detrahuntur Epitheta personis & attribuuntur rebus, vel ea quæ sunt personarum tribuuntur personarum affectibus, aut accommodantur locis & temporibus. Exempla primæ partis: Virgilius: Heu fuge crudeles terras, fuge littus avarum, id est, crudelis & avari Regis ditionem & hospitium. Ovid: Verberibus jussas præbuit ipse manus. Virgil. Hæc ait, & socii cessarunt æquore jusso.

Exempla secundæ partis, Virgil. Conveniunt, quibus aut odium crudele tyranni, Aut metus acer erat. Id est odium Tyranni crudelis.

Exempla tertiæ partis: Virgil: Ibant obscuri sola sub nocte perumbras, id est, soli ibant sub obscura nocte. Idem Udæ vocis iter, id est udum iter vocis.

Epitheton interdum opponitur nomini, ut aliud est rei nomé, aliud Epitheton: Jehova nomen Dei: Sed Augustus, Sanctus, Magnus, Epitheta,

Επιθυμία.

Επιθυμία Physicè & Ethicè accipitur propriè pro actu, tum pro potentia ipsa concupiscendi.

Scholasticis concupiscentia est:
- Habitualis fomes, id est, ἄτακτος concupiscentia, sensibilis appetitus. Ad rationem fomitis pertinet inclinare ad malum, & difficultatem inferre ad bonum.
- Actualis, motus peccati. Differt à proæresi Nam Epithymia est desiderium ἄλογον: proæresis verò cum ratione conjunctum.

Ἐπινίκιον.

Ἐπινίκιον seu Epinicium (vox enim illa latinis elementis donata, & quasi in familiam latinitatis recepta est) est victoriæ monumentum sive id sit festus dies, aut epulum victoriæ causa datum, aut sacrificium (Ἐπινίκια enim θύειν Demostheni est immolare victimas ob partam victoriam) sive carmen, sive Oratio. Dicitur & Pæan ἐπινίκιος.

Ἐπιπολή, ἐπιπόλαιον.

Ἐπιπολὴ 1. sumitur γενικῶς seu κοινῇ pro superficie cujuscunq; corporis: Quæ à substantia differt, quia hæc est interna: illa externa.

2. In specie sumitur pro summitate aquæ vel terræ.

Ἐπιπόλαιον est 1. in superficie situm, per summa apparens, ut innatans, non internum, non altum. ἐπιπολαίως est obenhin: Vulg: superficialiter.

2. Est manifestum & apertum cuique, qualis est corporis superficies.

3. Est leve, non firmum, qualia quædam sunt vulnera. Sic Arist. 1. Eth. c. 5. Τιμὴ φαίνεται ἐπιπολαιότερον εἶναι τοῦ ζητουμένου: Honos videtur aliquod esse eo, quem quærimus, sine infirmius minusq; stabile. Δόξα ἐπιπολαία lib. 1. de Mor. c. 4. apud Aristot. est opinio manifesta quidem & celebris, si authores laudes, verùm inanis & levi ratione suffulta, non attingens internam rei naturam.

In 3. Rhet. Aristoteles ἐπιπολαῖα vocat, quæ omnnibus sunt aperta, ut non opus sit ζητεῖν. Sic cap. 3. l. 1. t. 13. idem δόξας ἐπιπολαζούσας eas vocat, quæ sunt eminentes seu insigniores, quæ maximè sunt illustres propter authorum famam & ita sentientium multitudinem, sive ratio subsit, sive nulla ratione nitantur. Metaphora ducta ab iis rebus, quæ aquæ immerguntur, suaque levitate ascendunt ita ut ab hominibus possint conspici, cùm gravia contrà fundum petant. Zuingerus.

Petri Martyris hæc est sententia: ἐπιπολάζουσι sententiæ Aristoteli in Ethic. sunt, quæ in medio versantur & sunt minùs reconditæ, metaphora ducta ab iis, quæ apparent fluctuantia in aquis. Alii, inquit Martyr, interpretantur de insignioribus & eminentibus, quod mihi non videtur, sed simpliciter intelligo de eminentia & excellentiæ, sed tali, quæ apparet in fluctuatione in aquis. Sed parvi momenti est hæc interpretationis varietas.

Ἐπιπόλαιος ὅρος est superficiaria & rudis seu leviter adumbrata definitio seu περιγραφή, cui opponitur Exactior & Essentialis ὁρισμός. Ἐναργὴς ὅρος autem Definitio sumitur pro definitione exactiore & clariore seu illustriore simul.

ἐπιστάτης.

Platoni in Euthydemo. βραβευταὶ λόγων, ῥαβδοῦχοι, πρυτάνεις vel ἐπιστάται, sunt moderatores, judices, arbitri, & præsides disputationum.

Ἐπίφθεγμα

Hæc vox aliter accipitur à Politicis Græcis, aliter à Criticis.

Primùm enim est verbum militare, & significat denunciationem, qua copiis castra moturis conclamatur, ut colligant vasa. Budæus. Critici vocant, quæ nullius significationis sunt ut apud Græcos βλίτυρι & σκινδαψὸς, ἐπιφθεγματικά. Latini veteres Ef[illegible] appellant. Tale est Titivil[illegible] Plauti in Casin. Non ego istud ver[illegible] emptitem titivillitio.

Epocha.
ihibitio seu retentio, per
l in continuorum fluxu
k figitur, ut inde reliqua
:ur) est non tantum in mo-
ium consideratione locus
s linea monstratus, à quo
rũ etiam in tempore prin-
tum & illustre, unde an-
s, & dies in antecedentia
ıentia numeramus. Vul-
radix, unde reliqua quasi à
to & termino à quo sup-
Item AERA, quæ vox à ta-
ıs ignorantia quadã ex Hi-
scriptis primum desumpta
a, inde ab Astrologis fre-
ac tandem ad cæteros scri-
nslata est. Neq; enim ini-
ıa vox fuit, sed plures è qui-
confusis & confusis unum
spani vocabulum, quod tã-
l Latinos quoq; receptum
: notat Matth: Beroaldus
ıra. Nam cum Hispanis Au-
aris imperium, quod ad ipsũ
ivatim delatum fuit anno
m Christum 38, felix & fa-
t, curârunt ut rerum acta-
tarum annos omnes ab Au-
are repeterent in hunc mo-
ta sunt hæc, exempli gratia.
lendis Martii Anno 22. A:
eriorum verò socordia fa-
t omissis punctis eædem hæ
num verbum, cujus prima
ohthongus Æ esset, scribe-
nfusè, ipsiq; voci declina-
retur. Sunt & qui Heram
unus Epocharum est, ut ad
m ad præfixum terminum
pora conferantur. Illustris
: quæ sumitur à tempore
nis Christi vel à passione
hristi, vel creationis mun-

di, vel urbis Romæ conditæ, vel ordinationis Julianæ, qua Julius Cæs. annum, quo à nato Christo ad hæc tempora usq; usi sumus, introduxit, vel correctionis novæ à Clavio & Aloysio Lilio affectæ, & per Pontificem Gregorium 13. publicatæ, vel Hispanorum ab Augusto Cæsare.

Epocha ἐποχὴ apud Astrologos significat cœli partem, quæ continet sydera Scaliger.

Epocha Locus stellæ, Græcis ἐποχὴ & Arabibus radix dicitur. Est assumpti & definiti continui arcus ultimum punctum, quod prætervehitur stella & momentũ temporis, quo illud ipsum punctum transcurrit. Hunc medium motum stellæ Græci vocant πάροδον, transitum stellæ delatæ per illud punctum, habentq; inter se correlativè ἐποχὴ & πάροδος. Unde συςήσασθαι τὴν ἐποχὴν τῆς ὁμαλῆς κινήσεως est loca & principia æqualis seu medii motus ad certum tempus constituere ac designare, à quibus motuum & temporum sequentium supputatio tanquam certâ meta sit ordienda, & deducenda, ut cum à nato Christo, à morte Alexandri à Julio Cæsare, aut etiam regno Augusti, ut vocant Alphonsini: qui iccirco Æræ vocabulo pro ἐποχὴ utuntur. (Significat autem æra nihil aliud quam Annus erat Regni Augusti) supputationem ordimur.

Æra, vocabulum corruptum & compositum ex tribus vocibus, sunt tres voces in unum conductæ seu coactæ.

Epocha (inhibitio) aliàs significat in Philosophia Academica Pyrrhonis affectionem qua in dubitando mẽtis cursum inhibebat. Scaliger de causis ll. lib. 3. cap 71. Seu Epoche est suspẽsa sententia, id est nihil definiens. Vi-ottus ἐπέχειν est de nulla re pronunciare,

are, vel de aliqua re non pronunciare, nec asseverare certò. Ἐποχὴ enim est universalis vel particularis. Ad illam refertur scepticorum ἐποχὴ: ea enim tanta erat ut etiam τὰ ἀξιώματα ponerent indisceptationem. Porrò ut ἐποχὴ abstractum est, ut forma aliqua: sic Ephecticus est concretum. Ephectici autē Aporetici, Sceptici, *Zetetici*, id est, sunt *Zetetici* dicti quod veritatem perpetuo quærant, Sceptici à perpetua consideratione & inquisitione, cùm nihil invenirent unquam: Aporetici, quòd semper dubitarent: Ephectici ab eo, quod eis accidebat post inquisitionem, quòd semper dubitarent. Suidas,

ἐν τοῖς ... [handwritten marginal note]

Ἔργον.

Ἔργον opus sæpe opponitur energiæ, id est actioni & functioni muneris, sic acceptum est sub initium 1. ad Nico.

Interdum ponitur pro ipsa actione, munere officio, & opponitur facultati, sic acceptum est ab Aristotele principio primi & 2. lib. de part. & in textu comm. 35. 7. divinorum & 1. Pol. text. 35. cum Aristot. dicit, omnia esse ἔργῳ, & δυνάμει definita distinctavé.

Ἑρμαφρόδιτος, Hermaphroditus.

Hermaphroditus dicitur 1. qui utrumq; habet membrum, tàm virile, quàm muliebre.

2. qui utramq; venerem exercet. Homo ambiguus Poetis. Dictus à voce Hermes & Aphrodité (quæ dicitur Venus propter naturam feminis ἀφρώδη, id est spumosum.) Fingitur enim filius Mercurii & Veneris. Mercurii scilicet stella mediæ naturæ esse videtur Astrologis, ut sit stella partim masculina, fœminina.

Nota obiter stellas masculinas dici, quæ habent majus robur, quo calorem excitant; Fœmininas, quæ habent debiliores vires propter naturam humidi. Fides horum sit penes autores.

Ἑρμηνεία.

Ἑρμηνεία (interpretatio) in genere est explicatio, explanatio, expositio, sive ... vocis phraseosvé, sive sententiæ legisvé, somniorum voluntatis.

2. Accipitur, à Logicis pro Definitione Nominis, Notatione seu Etymologia. Aliàs dicitur verbi vis ac potestas. Hic pro I D E S T, eleganter di... Quod ita interpretamur, ut, secundi naturam vivere, quod ita interpretamur, vivere ex hominis natura ... que perfecta & nihil requirente ...

3. Ab Oratoribus pro Exorat... Rhetorica, quæ exponit id quod ... situm est alio verbo, quod idem va... at, Cic. ad Heren. Quidam vocit... ... ἑρμηνείαν, ut, Remp. radicitus e... civitatem fund...tus dejecisti.

4. Judice Zabarella Aristoteli Interpretatio est vox generalis, complectens & primam & secundam operationem intellectus, id est, simplicium apprehensionem & enunciationem, seu significans omnem vocem interpretis conceptum rei, tam simplicem, quàm complexum. Sic Zabar. l. 2. de na...ra Log. c. 5. Inscribitur liber ille Aristotelis de Interpretatione à re con...derata. Est enim interpretatio vox a...culata alicujus rei significatrix, & am...plectitur tam simplices terminos, N...men & verbum, quàm enunciation... in simplicem & complexam, quæ est oratio. Ita Enunciatio & Inter...tio non sunt idem, quia Enunciatio ...tùm secunda Intellectus operatio est.

5. Etsi a. interpretatio comm... ...ius q... sit Enunciatione, tamen ... κατ' ἐξοχὴν pro oratione & En... ne usurpatur. Dicuntur a... singulæ quàm conjunctæ ...

quia sunt veluti interpretes a-
m nostrorum.
tionis Particula est SEU signi-
ntecedens & consequens hic
ferre, ut, Justitia inhærens
tia gratum faciens, Schol. Gra-
ialis, dividitur in Excitantem
ivantem; seu Prævenientem &
uentem, seu Operanté & Co-
tem. Ac tunc quidem vocant
visivam particulā (cum sensus
gitur, verba disjunguntur) ut
ider sive Paris.
*nterpretatio opponitur sermonis
tati* seu rigori verborū. Alcia:
nonis proprietate appellatio-
nepoté contineri nō arbitror,
interpretatione, quę in dispoli-
egis generaliter procedit, & id
n odiosis, nisi ratio diversa ali-
deat. In com. de V.S.p.162. Idé
· verbum Reddendi quenquā
catum habet, retrodandi; reci-
nen & per se dandi significatio-
Reddere quandoq; inquit, capi-
mpliciter pro dare: unde si testa-
cui centum jubet reddi, quam-
nil ipse accepisset, tamen lega-
eberi dubium nō est: Quod ta-
cursius ex interpretatione Le-
e arbitratur, non ex sermonis
ietate (seu ex vi verbi) Idem. Id
itate per Interpretationem ex-
n est, non ex verborum propri-
uc pertinet ὑπόμνημα: Sæpè a-
est interpretandum ex volun-
centis vel scribentis.
atio Specialis est Versio seu
fusio linguæ unius in aliam, ut
liquid vertitur ἑτερόγλωσσον in
m. Hujus interpretationis tria
enera. *Unum religiosum & ser-
nis, archetypi sui observantis-*
, cùm omnia interpretamur
ut Græci loquuntur. Huj' ge-
neris est vetus Bibliorum sacrorū, &
vetus item Arist. interpretatiō. *Alte-
rum audacius planè licentiosum & li-
berum*, cùm à phrasi authoris etiam
longè receditur, & interdum omittū-
tur aut adduntur, quæ visum est, ut &
phrasi latinæ locus sit, & sentētia au-
ctoris, quæ ab interprete vera esse pu-
tatur, in luce ponatur, quomodo Sa-
cra vertere studuit, Seb. Castellio, &
Politica Aristotelis Joach. Perionius.
Tertium est medii cujusdā modi, quod
ita vertit ἑτερόγλωσσον aliquid in Lati-
num, verbi gratiâ, ut præter puritaté
sermonis (τὸ βάρβαρον enim τῆς λέξε-
ως vitat) fidelemq; expressionem sen-
tentiæ & mentis, quæ est in archety-
po, etiā accommodate ad ipsum hoc
archetypon omnia interpretetur h.e.
ita, ut ubicunq; ratio latinæ phraseos
patitur, ipsa archetypi verba fideliter
& simpliciter exprimat, nec lectorem
à phrasi authoris longius abducat.
(Matth. Bergi' vir longè doct. in præ.
in Ar. Eth.) Quomodo Ant. Muretus
vertit librum Eth. Arist. Talis etiam
interpretatio est Latina Dion. Lamb.
Arist. 10. lib. de Morib. ad Nicom. in-
numeris in locis interpolata à Matt.
Bergio in Acad. Altorfina olim Ethi-
cæ Prof. Hæc tertia interpretamentū
verè εἰκαῖον est, eamq; eruditionis ele-
gantioris studiosi maximè probant.
Scholastici faciunt quadruplicem sacra-
rum literarum interpretationem, i. e.
expositionem: Primam dicunt Litera-
lem seu Historicam seu Grammaticā:
Secundam Tropologicam, i.e. Mora-
lem, 3. Allegoricam: 4. Anagogicam.
Ratio interpretandi sacras literas est vel
literalis, Historica, Grammatica: vel
Moralis: vel Spiritualis. Hæc est Ana-
gogica, vel allegorica. Vel sic, Est ἱστο-
ρικὴ vel διανοητική, hęc est ἠθικὴ vel πνευ-
ματική seu mystica seu allegorica.

Lite-

Literalis eſt,quæ nititur ſimplici verborum ſignificatione, atq; id perſpicuè reddit, quod vocabula iſta ex uſitata loquendi conſuetudine notant, vel oſtendit διάνοιαν ex tropis, ſi ſint modificata verba. In hac interpretatione ſententia aliis atque aliis verbis explicatur & commonſtratur ad ejusdem illuſtrationem Dialecticum & Rhetoricum artificium,indicatis vid. Orationis partibus cum argumentis, ut cauſis & adjunctis atq; cognatis. Atq; hæc ſemper primo loco quærenda eſt, utpote ſine qua non licet ad alias interpretationis formulas progredi. Qui enim non aſſequitur ſimplicem & proprium verborum ſenſum, quomodo ſperet ſe ſublimiorem doctrinam aut myſteria ulla poſſe eruere?

Jam *Tropologica* interpretatio eſt, quando ex dicto factové colligitur aliquid ad vitæ morumq; inſtitutionem conducens: quo pacto ſolent eruditi in quibuslibet hiſtoriis & concionib⁹, quas legunt,attentè obſervare graves exhortationes ad virtutem, nec non objurgationes vitiorum. Exemplum eſto.Occurrit hiſtoria de Abrahamo, qui exigua manu delectorum militū quinq; reges debellavit,atq; Lothum propinquum priſtinæ reſtituit dignitati. Rectè hic obſervamus,victoriam non pendere ex copiarum multitudine,ſed potius ſingulari Dei beneficio concedi: Item pro juvandis amicis, præſertim injuria affectis, & indignè oppreſſis, viro forti ingentia adeunda pericula, ac Deum daturum ſucceſsus piis conatibus.Rectiùs verò hæc interpretandi ratio vocatur moralis ſive Ethica. Quamvis namq; vox τρόπος ſignificet non tantùm modificatam λέξιν, ſed etiam vitam vel mores hominis, tamen plurimum uſurpatur ad ſignificandam modificatam, ſeu,ut alii loquuntur,figuratam locutionem, omnesq; voce τροπολογίας audita, ſtatim animo concipiunt orationē figuris ſeu tropis aliquibus aſperſam. Paulus hanc interpretationem commendat, cum inquit, Scripturam utilem eſſe ad inſtitutionem & correctionem.

Tertia *Allegorica* eſt, qua à verborum genuina ſignificatione paulò lon[gius] diſceditur, ſed tamen ejusmodi [res] proponuntur,quæ cum his,quas verba ſignificant,ſimilitudinem & c[on]ſenſionem non parvam habent, [at] hac quidem proponuntur cau[sa], ut ad doctrinam fidei quadrent, [ad] inſtitutionem audientium c[on]d[u]cant.Exemplum eſt 1.ep. ad The[ss.] cap.5.Itaq; non dormiamus ſicut ceteri,ſed vigilemus & ſobrii ſimus. Nam qui dormiunt,nocte dormiunt. & qui inebriantur, nocte ſunt ebrii. Quo loco non prohibetur ne feſſis corporibus ſomnum concedamus, ſed prohibetur ne tanquam ſe[curi] hæreamus in peccatis, & ad verbum Domini imparati inveniamur. Hoc dicitur intelligi ſecundùm ſpiritum, non ſecundum literam. De Christo dictum eſt ex Pſal. 91. Super aſpidem & baſiliſcum ambulabis & conculcabis leonem & Draconem. Hæc quoniam à Chriſto non leguntur ſic, ut verba ſonant,perfecta, per allegoriam interpretantur, quæ aſſerit his ſignificatum,Quomodo Chriſtus debellârit Diabolum,mundum, peccatum,mortem: ſiquidem appoſitè cum aſpide,Baſiliſco & Dracone,vene[na]tis nocentiſſimisq; animantibus,hoſtes hi ſpirituales comparantur.

David ſingulari certamine congreditur & vincit. Saul capitali od[io] perſequitur Davidem. Aptè dic[itur] in p[...]

historia doceri quomodo
piritus cum carne, tandem-
m superet divino munitus
In altera, quomodo caro
bellet atq; assiduè conetur
e Spiritum. Breviter. Qué-
ex fabulis Poeticis eruitur
formandam vitam ac mo-
explicandam rerum natu-
diversum ab eo quod sim-
atione fabulæ continеba-
qui ex Scripturis colligere
pretationes, is primum at-
ebitur genuinam significa-
rborum, verùm postea pro-
ulterius, atq; aliam quandã
n spiritualem, accommo-
llustrandam naturam fidei
tis aut spei, ibidem latere
trabit.

st, quando sic explicatur
sententia, ut discedendo
m à simplici verborum si-
ne adnotetur aliquid de
loria post hanc vitam ex-
, aut de Mysterio Trinita-
busve rebus arduis, ita ni-
à visibilibus transeatur ad
, ut ab aqua ad spiritũ, à spè
nigmate ad Dei claritatem.
d Apost. Coloss. 2. verba fa-
resurrectione nostra cum
xhortatur ad cœlestia tan-
iderandà, vitam quippe no-
conversationé in cœlis esse.
xpendemus, Anagoge planè
in allegoria, q ad artificium
andi formã attinet. Annon
Allegorica interpretatio, in
li modo dictum factumvè
r, novo vid. sensu allato, qui
ipsis aliquantum sit remo-
ta ut de Christo aut Ecclesia,
ut Evangelio, de officiis fidei
atis, similibusq; rebus ser-

mo dissertatiove instituatur? Manife-
stum igitur sit, si ullum inter anago-
gen & allegoriam discrimen consti-
tui debeat, nõ posse id observari, nisi
ratione materiæ aliquo modo, ut ni-
mirum anagoge intelligatur tractare
quæ pertinent ad vitam futuram &
res invisibiles; Allegoria verò res prę-
sentis vitæ & sensibus expositas. At-
qui ne Patres quidem studiosè di-
stinxerunt inter Anagogen & alle-
goriam, ut Dionysius, Augustinus.
Hieronymus tertiam interpretandi
formam appellat intelligentiam spi-
ritualem, sub hac vid: tanquam sub
genere positas intelligens Allegori-
am atque Anagogen. Idem ad
illud Jesaiæ: Cognovit bos possesso-
rem suum, & asinus præsepe Domini
sui, Bos juxta anagogen, inquit, re-
fertur ad Jsraël, qui legis portat ju-
gum, & mundum est animal; asinus
peccatorum mole prægravatus gen-
tium populus accipitur. Per anago-
gen quod hic exposuit, quid aliud est
quam per allegoriam tractatum
esse.

Interpretationis Grammaticæ phrase-
os pulcra formula est Dion: Lambini:
*Quod tantundem valet, quantum si
diceretur.* in 4 Eth. &c, si interpretatio
fiat *κατὰ πόδα*, ista; Id est, si verbum de
verbo exprimas. Exempli Gr. *ὁ δὲ βω-
μολόχος ἥττων ἐστὶ τοῦ γελοίου*, id est, si ver-
bum de verbo exprimas, scurra ridi-
culo inferior est, Quod tantundem
valet, quantum si diceret Philoso-
phus: à ridiculo superatur.

Ψευδερμήνεια falsa est interpretatio.

Ἑρμῆς, *Hermes.*

Hermes 1. accipitur in Astronomia pro
Planeta, qui Latinis est Mercurius.
2. In doctrina de Metallis Chymici ar-
gentum vivum vocant Mercurium:

quia sicut Mercurius ex sententia Astologorum influxu suo omnibus Planetis; sic argentum vivum omnibus metallis jungitur. Hæc igitur significatio est translatitia seu Metaphorica.

3, Poëta Hermetem interpretem Deorum faciunt & præfectum somno.

4. Logico dicitur κοινὸς ἑρμῆς, communis interpres.

5. Hermes est πλευτοῖα πότις, ein schlaff trunck. Sic ob: Giphan. IC. in notis in Odyss. ex Athenæo lib. 1. Poll. lib. 8. c. 16. Ultimò libabant Mercurio ituri cubitum. Nam somni ajebant præsidem esse Mercurium: quare & ultimus haustus dici solet Mercurius seu Hermes.

6. Hermes seu Mercurius est ille, qui à magnitudine sapientiæ Trismegist⁹, id est, ter maximus elogio insigni nobilitatus est. Hic fertur dixisse, Deum esse circulum, cujus centrum ubiq; , περίφερεια verò nusquã. *Circulum* dixit, inquit Fons. ut summam Dei perfectionem significaret. *Habentem ubiq; centrum*, quia ubiq; totus est, vel à quovis spatii, in quo est, puncto lineæ in quamlibet partem protensæ dantur omnes sine medio æquales, i. e. infinitæ. Deniq; *Nusquam habentem circumferentiam*, quòd nullo termino ejus præsentia definiatur ac circumscribatur: Etsi Scal. dictum Trismegisti aliter recitat ex. 363. idemq; reprehendit. Idem ter maximus Hermes hoc scriptum reliquit de Deo: ἐν οὐρανῷ, ἐν γῇ, ἐν ἀέρι ἐν βυθῷ, ἐν παντὶ τοῦ κόσμου, ἐν παντὶ τοῦ παντὸς, τῷ ὄντι καὶ τῷ μὴ ὄντι. Οὐδὲν γάρ ἐστιν ἐν παντὶ ἐκείνῳ, ὃ οὐκ ἔστιν αὐτὸς, ἐστὶν αὐτός καὶ τὰ ὄντα, καὶ τὰ μὴ ὄντα. Τὰ μὲν γὰρ ὄντα ἐφανέρωσε. Τὰ δὲ μὴ ὄντα ἔχει ἐν ἑαυτῷ.

7. Hermes etiam statuam Mercurialem significat. Sic Nizol: Hermæ g. masculino sunt Mercurii statuæ. Cic. utitur de Legibus & ad Attic.

Hermæum Coroneæ urbis Bœotiæ locus planissimus est, Mercurio sacer, quo res venales proponebantur. Arist. utitur hac voce lib. 3. de mo. cap. 11.

Ἔρος, amor.

Ἔρος id est, amor primum æquivocè & inæqualiter prædicatur, de licito virtutis, & turpi illicitoq; ut inde ut ἀνδρομανίας: unde ἀνδρομανής. Euripides mulieres Spartanas appellat ἀνδρομανεῖς, quòd impudica suorum corporum nuditate multos ad furorem turpis amoris, & libidinis adigerent.

2. Scholasticis amor.
- Complacentiæ, velle alicui bonum, quod jam habet. Talis est congratulantium.
- Desiderii, actus voluntatis, quo volo alicui (mihi vel alteri) bonum absens.

Amorem complacentiæ sequitur gaudium, ut effectus. Desiderium, si adsit fiducia consecutionis, sequitur actus spei. Biel. libr. 3. distin. 17. quæst. ult.

3. Duplex amor est, unum genus oritur ex cognitione, & hanc sequitur: alterum existit sine cognitione ... Physicus.)

Sequens cognitionem est triplex. Divinarum mentium, humanæ rationis & sensuum. (Per dichotomiam intellectus & sensuum. Intellectus divinarũ mentium, vel hominis rationalis.) Amor beatarum mentium, eminentissimus est, quo ... tuo quasi amplectuntur, & ...

nexumq; primi principii,
m cum Deo copulationé
Hominum partim natu-
tim moralis. Naturalis a-
us. Moralis amor vel er-
el erga hominem, eumq;
mparem, seu inæqualem,
t inferioris erga superio-
perioris erga inferiorem.
qui est in appetéte tantùm
st ferarum & jumétorum;
animalis. Amor qui est
nitionis magis impropriè
um is, qui unà cum lite in-
ia rerum generationis ab
e numeratur. Tum natu-
npathia, ut cum dicimus,
unt pluviam, & vitis amat
Hæc sympathia conveni-
onsensus naturæ est.

...ἄριθμος, Eteosticha.
est versus literis numerabi-
tinens annum, (interdum
n simul & mensem) facti, e-
atis, vitæ, mortis alicujus.
rales sunt I, V. X. L. C. M.
72. & 9. Cal. Septembr. seu
ti, in quem incidit dies me-
rtholomæi Apostoli, insi-
hoc versu.

...flet, quia Franciscus occubat
Atlas.

dominus Amiralius Gallia-
par Colignius seu Colinius
ccisus est, contra omnium
jura Parisiis.
niena Parisiensi à conjura-
ontificia in publica platea
s est Duretus Medicus &
Regius.

...CIsIs DVretVs VeCtVs asello;
...oraVI; JVsIVs In Orbe DoLet.

De Amiralio rursus.

FVsVs est GVVIsIIs nIMIs heV CoLLInGIVs Heros;
OCCVbVIt VIrtVs, VI sVperata laCet.

Eteostica hæc sunt Magistri (Doctoris postea) Bartholomei Hubneri Erphordiani.

In his fuerunt felices Josephus à Pinu & Sebastianus Schefterus.

Matthiæ Donant VIrtVs & fata Coronas.

Hic versus Herm. Kirchn Collegæ mei continet annum electionis & coronationis Matthiæ Imperatoris, qui est 1612.

Eteosticha igitur, aut sunt Monosticha, aut disticha, ut plurimum, ut distichon numerale, quo annus continetur crudelissimæ illius laniena, quæ facta Parisiis est hoc egregium; Theodor Bezæ.

Grata foret Gallis sua pax & sponsa NaVarra.
Ni nece Collynea se sceleraSset HyMen.

Anno Domini 1580.

O Deus oppressis sis gregis auxilium.

Anno 1567. (quo mortuus est fortissimus Heros Philippus Landgravius Hassiæ) urbs Gotha, & arx contigua Grimmenstein per deditionem commissariis Imperii & Electori Augusto una cum Duce Saxoniæ Johanne Friderico tradita est, & de proscriptis supplicium sumptum est, inter quos nobilis vir Grumbachius, & Cancellarius Pontanus.

De hoc Eteosticha sunt Ludovici Helmboldi Mulhusini quorum 1. innuit deditionis Diem Dominicam; Ego sum Pastor bonus, (Idus Aprilis seu 13. Aprilis)

Dies, mensis, annus.

Verba SVI qVæ non aVDIt ReCtorIs Vt eXIt?
FaVCe SVbaCta LVpI dILaCeraVIt oVIs.

Secundum hoc est.

Tela potestatI ContrarIa ponere prInCeps Capite tVa DIsCat Jan FrIDerIce fVga.

Dies, mensis, annus. Tertium.

Et DeCIes & ter LVX VIsa CaDebat AprILIs.
ViCtor Vt AVgVstVs sIt Gotha VICtaVVs.

Eteostich: per subtractionem posterioris versus à priori.

Annus emortualis Illustriss. Princ. Mauritij Fil. Hass. Land. &c.

MaVrItIVs CœLorVm aVra atqVe frVIsCItVr aVLa,
ELetIbVs VsqVe VDIs an LoCVs esse qVeat.

Ἐτυμολογία Etymologia.

In Grammatica Etymologia est ejus pars, quæ vocum naturá interpretatur in proprietatum adsignificationibus: qualis in nomine & verbo flexiones, in nomine genera, cas in verbo tempora & personæ. In logica est idem quod Notatio id est nominis interpretatio ex origine ipsius.

In Theolog: Augustino est idem quod Ætiologia. De Genesi ad literam imperfecto lib. 1. cap. 8. & ad Honoratū cap. 3. Quatuor modi à quibusdam scripturarum tractatoribus traduntur legis exponendæ. Secundum historiam, secundū allegoriam, secundum analogiam, secundū Etymologiā. Historia est, cum sive divinit, sive humanit res humana cōmemoratur. Allegoria, cum figuratè dicta intelliguntur. Analogia, cū veteris & novi testamentorū [illegible]ongruentia demonstratur. Etymologia, cùm dictorum factorumq; ca[illegible] redduntur.

Εὐήθεια.

Τὸ εὔηθες seu εὐήθεια interdum est incauta deceptuq; facilis probitas, quæ & simplicitas dicitur & ἀκακία i. e. [illegible]nocentia, quæ maliciam non n[illegible] futilitas. Interdum εὐήθεια est morum probitas. Plat. de Republ. Juvenes κακοήθεις, ἀλλ' εὐήθεις sunto, non maledici, sed simplice[illegible]. & de omnibus bene existimantes [illegible] [illegible]θεια igitur media vox est. Verb[illegible] Plat. in 3. de Rep sunt ex vers[illegible] [illegible]rr. Orationis it[illegible] decor consonantia, v[illegible] [illegible]stas sit [illegible] genuina [illegible] an[illegible] [illegible]ctionem sequ[illegible]r, quam [illegible] [illegible] rectam co[illegible] [illegible] constitutionem, non eam [illegible] fatuitatem [illegible] [illegible] [illegible]r ε[illegible] (de[illegible]inat[illegible] [illegible]cis) hominis videl[illegible] et m[illegible] mores, quasi ipsa illa [illegible] vera [illegible] integritas atq; simplicitas, sed m[illegible] designamus εὐήθειαν vocab[illegible]lo animi statum hujusmodi, qui verè & præclarè moribus sit constitutus.

Εὐήθεια { Platonica. Recta morum constitutio.
Aristotelica. Stultitia, Fatuitas. Talis fuit Psyllorum, [illegible] armis contra Austrum [illegible] ni suæ infestum profecti [illegible]nis obruti fuerunt. H[illegible] lib. 4. }

Εὐηθὲς argumentum Arist. 8. Top. [illegible] gu[illegible]

locis ita adhiberi, ut cum plenitudine (Ampliationem vocant Scholast:) accipiendum sit, puta intelligendo etiam effectum seu eventum, qui sequi debet faustam comprecationem, beatitatem videlicet.

1. Cor. 10. Τὸ ποτήριον εὐλογίας ὃ εὐλογοῦμεν, i.e. poculum doni seu muneris, quo è divina liberalitate donamur. Appositivè igitur intell. munus, quod in sacro illo convictu nobis tribuitur: vel munus, quod ita sumimus, tanquam divinitus in eo ditati corporalibus & cœlestibus benedictionibus: sic Fulgentius. Vetus Ecclesia addidit epitheton μυστικῆς, ut intelligatur Spiritualis alimonia & pastus is, qui est ad vitam æternam quem in capercipiant verè fideles soli, cum quibus habent communem participationem εὐλογίας hujus etiam impii hypocritæ, sed non nisi quoad externam rem, non autem quoad verum & proprium ejus effectum. Ποτήριον εὐλογίας etiam intelligi potest poculum Gratiarũ actionis vel sanctificationis, quia ministri gratiis Deo agendis illud sanctificant seu sancto usui destinant. Quod dicitur à Scholast: Benedicere illud, phrasi Hebr. In Genesi, Benedixit Deus diem septimum, i.e. sanctificavit, ad sanctum usum ordinavit & instituit. Vel poculum εὐλογίας, quo benedicimus Deo, est poculum, quo gratias agimus Deo pro beneficiis ejus, eumq; laudamus & veneramur. Hoc fit in Cœna S. quæ Eucharistia dicitur, cum manducatione ἠγιασμένου panis & ἠγιασμένου vini haustu memoriæ salutaris passionis & sacrificii Dominici recentatur.

Benedicere (εὐλογεῖν) homini alicui est ei bene precari, benedictionem seu beneficentiam Dei exoptare. Aliud igitur est Deo benedicere, aliud Homini.

Vides quantam utilitatem secum afferat ad rei intelligentiam λέξεως in scriptis Apostolicis explicatio. Πλεοναζία. Interdum igitur εὐλογία & εὐφημία sunt idem.

Ἐυφημισμὸς etiam dicitur, cum pro insuavi verbo utimur suavi: ut somnus pro morte.

Εὐνοῦχος.

Eunuchus 1. lecti custos est seu cubicularius, sic dictus, quòd εὐνὴν, i. e. cubiculū ἔχει i.e. servat. Sic etiā fœminæ hæc appellatio convenit, sicut legimus quendam regem Lydorum feminis Enuchis, i.e. cubiculariis usum fuisse.

2. Speciatim Eunuchus est exectus, seu vir non vir, (ἀνὴρ οὐκ ἀνὴρ) quales solebant esse cubicularii.

Εὐπορία.

1 Εὐπορία copia est, sive ea sit rerum sive verborum.

2 Κατ᾽ ἐξοχὴν Græci εὐπορίαν nominant copiam rerum.

3. Hæc Philologis & oratoribus est facultas, qua brevis sententia augetur & quasi locupletatur.

Ad hanc pertinent argumenta Logica (quæ hic à multis vocantur Figuræ amplificationis,) ut definitio, notatio, partitio, causæ, effecta, adjuncta, antecedentia, consequentia, Exempla, similia.

Εὐφημία.

Εὐφημία est bonum omen vel fausta apprecatio. Hinc εὐφημισμὸς, boni ominis captatio Ejus formulæ sunt: Quod Deus prohibeat, apud Terent. Si evenerit (quod Dii prohibeant) discessu. Sic Poetæ: Procul omen abesto. Nullum sit in omine pondus, Dii melius. Dii meliora ferant. Procul ô procul omina pellant Talia Dii. Omina te careant. Ovid. Formulæ hæ Abominandi dicuntur.

Κατ᾽ ἐξοχὴν εὐφημία est pura, casta, pia precatio. De Euphemia hac locus planè aureus est apud Platon. in Alcib. 2. cujus summa hæc est: Summæ est & infelicis audaciæ atque vecordiæ, Deum velle sacrificiis & cæteris muneribus externis sibi conciliare, & eo nomine gratiam illius demereri. Quod Lacedæmoniorum & Atheniensium contrariis exemplis perspicitur, quorum illi brevi quidem precatione, nullo ceremoniarum apparatu utentes, feliciter tamen rem gerebant: hi vero cum in ceremoniis & omni divini cultus apparatui nihil vel sumptui vel labori parcentes, adversa tamen fortuna utebantur, cujus rei causam cum ab oraculis sciscitarentur, hoc acceperunt à Deo responsum, se malle & sibi jucundiorem esse εὐφημίαν Lacedæmoniorum, quàm omnia Græcorum ἱερὰ (i. sacrificia). Et: Grave indignumque esset, si Dii ad nostra dona atque sacrificia respicerent, non autem ad animum si quis pius & justus nimirum sit multò potius; (arbitror) quam ad opiparas has pompas atque hostias, quas nihil prohibet, quo minus vel privatus homo vel etiam Respub. si quibus se sceleribus obstrinxerint, illata innocentibus injuria, quotannis exolvant. Et: Deus non exigit ab hominibus munera & sacrificia Sed animos puros, & pietate ac justitia ornatos. σπουδαῖον γράμμα? ... & justi animi preces sunt jucundæ Deo εὐφημίας, licet absint ceremoniarum apparatus.

Hæc sunt pura & integra princi[...] turalis lucis: sunt scintillæ p[...] niæ veritatis.

hemeris, Ephemerides.

ris sunt tabellæ & canones, in totius anni dies singuli & ib⁹ suis insigniti ad scripta ex- vera loca & configurationes, arum insignium stellarum or- tusq; , Eclipses, quibus quidá t astrologicas prædictiones, de ac cœli constitutione ac tem- de bellorum pestilentiæ & ali- eventuum in vita significatio- , latinè Diarium, aliàs Calen- u, ab ἐπὶ & ἡμέρα. Sic Astrono- cipiunt. Hinc extitit sequens itio.

rides astronomicæ sunt tabulæ d certa tempora suis limitibus ns definita in numeris exibent lorum planetarum motus cum igum, tum in latum planeta- ueSyzygias, aliasq; , quæ astro- ca & astrologica ratione in considerari solent, passiones ad los mensium civilium dies. La- Diaria & Calendaria.

meris *in Politicis* est liber, quo er singulos dies notantur. Ali- ersaria.

HEMERIS PYTHAGORI- CA.

M PRINCEPS PHI- m sectatoribus suis tradidis- tur per hæc Aurea Carmina: rma duo, ignota vulgò, ex Mal- *MSC.* De vita Pythagoræ *eru- primùm proferuntur. Me- x parte etiam Cicero Ca- tone Majore.*

ξ ὕπνοιο μελίφρονος ἐξυπανιςὰς

Εὖ μάλα ποιπνύειν, ὅσ' ἐν ἤματι ἔργα συλά-
σεις.
Μηδ' ὕπνον μαλακοῖσιν ἐπ' ὄμμασι προσδέ-
ξασθαι,
Πρὶν τῶν ἡμερινῶν ἔργων τρὶς ἕκαστον ἐπελθεῖν.
Πῆ παρέβην; τί δ' ἔρεξα; τί μοι δέον οὐκ ἐτε-
λέσθη;
Ἀρξάμενος δ' ἀπὸ πρώτου, ἐπέξιθι καὶ μετέ-
πειτα
Δειλὰ μὲν ἐκπρήξας ἐπιπλήσσεο. χρηστὰ δὲ τέρ-
πευ.
Ταῦτα πόνει, ταῦτ' ἐκμελέτα. Τούτων χρὴ
ἐρᾶν σε.
Ταῦτά σε τῆς θείας ἀρετῆς εἰς ἴχνια γήσει.

INTERPRETATIO Græco- rum versibus Latinis.

E somno primùm evigilans cum strata relinquis,
Dispenas animo luce expedienda futurâ.
Cumq; adimit rebus vertens nox atra colorem,
Non debes oculis prius indulgere quietem,
Elapsi quàm ter repetas animo acta diei:
Quid feci secus ac debebam? quidvè patravi?
Officij quánam pars est neglecta mihi in re?
Incipiensq; à primo, ita progredire ordine ad imum:
Tum lætare bonis contraq; dole malè factis.
Hæc age, in his studium pone; horum tangere amore.
Hæc dia te in virtutis vestigia ponent.

⁎Ἔχειν.

⁎Ἔχειν est habere, præditum esse, participem esse alicuj⁹, *vel propriè & in se ipso* (κυρίως καὶ ἐν ἑαυτῷ) vel πῶς (aliquo modo) *& in alio seu extra se.* Distinctionem hanc sumo ex Aristotelis Ethicis lib. 1. cap. ult. ubi partem animæ λογικὴν facit duplicē: unam, quæ ha-

habeat rationem propriè; & per se seu per essentiam (Barbariusculi dicunt De se, De sua natura.) Alteram impropriè & in alio: ut ὀρεκτικὸν, vis appetens. Ex hoc loco sic fortasse aliquis objiciat. Pars animi intellectiva realiter communicat rationem cū parte appetitiva, Ergo propria unius subjecti realiter cōmunicari possunt. Sed negandum est antecedens. Nam Aristoteles quodāmodo participem rationis dicit partem appetentem, non ex eo, quòd habeat seu suscipiat rationem in se, ut fiat rationalis (ita enim mutaret naturam & essentiam suam): sed quòd sicut filius obtemperans prudentiæ & consilio patris dicitur quoquomodo particeps prudentiæ ejus, & cæcus, qui videntem ducem sequitur, dicitur quoquomodo particeps visus: Sic appetitus sensitivus particeps fit rationis ex eo quòd cedit & obedit rationi.

Ἔχειν Græci usurpant etiam pro dispositum seu affectum esse: ut τὰ κατὰ φύσιν ἔχοντα, secundum naturam se habentia bené disposita affective, integra: quib⁹ opponuntur διεφθαρμένα, corrupta, prave se habentia, quæ sunt præter naturam, quæ à natura sua recedunt (. Hæc enim omnia accipiuntur ἐκ παραλλήλου.) Videi. Pol. Arist. text, 48.

Metamorphosis phaleucia in Sapphicum, unius tantum pedis transpositione à Sapphico differt.

Si enim Trochæus quinta sede positus, in phaleucio primo loco ponitur, Sapphicum metrum constituetur, & si Trochæum, in metro Sapphico prima regione locatum, in quintum locum transtuleris, habebis phaleucium.

Phaleucium in jambicum senarium transit unius syllabæ adjunctione & verborum permutatione, ut Nobis cum semel &c.

Metamorphosis jambica est, cum metrum jambicum, vel additione, vel transpositione verbi mutatur in pentametrum. Eadem ratione pentameter versus mutabitur in jambicum trimetrum detractione & transpositione facta aliqua.

Ex trimetro seu senario jambico fit dimetrum seu quaternarium metrum sublatis duobus pedibus.

Metamorphosis Sapphica in phaleucium facilis est, quia Sapphicum metrum tot habet loca, quot phaleucium, & ex iisdem omnino conficitur pedibus: Ut, Sapphicum hoc est *Omnium & reges prius, & beatas perdidit urbes.* Ut phaleucium habeas, primo loco spondæū pone, 2. dactylū deinde sequētes trochæos; *Et reges prius omnium & beatas urbes perdidit:* (pedibus Adonici transpositis.)

Metamorphosis Asclepiadei, est cum metrum Asclepiadeū additione unius Syllabæ in fine fit pentametrum, ut.

Mecænas atavis edite regibus; Pro Regibus dic Principibus, & habebis metrum pentametrum: Non tamen contrà omne pentametrum fieri poterit Asclepiadeum, nisi sint omnes pedes uniformes, hoc est, primo loco spondæus, & secundo dactylus.

Metaschematismus

Hæc vox 1. accipitur grammaticè pro Metaplasmo, ut [illegible] pro [illegible] vox vocis.

2. Geometricè, cum Schema seu figura mutatur in aliam. Hanc significationem habet Paulus ad Phil. [illegible]

id est transfigurabit corpus atis nostræ, id est, gloriosum on faciet ex corpore hetero- homogeneum.) Hic σχῆμα ad tiam pertinet qualitatis, & adquartã speciem. In transfi- ne hac facies nostra manebit a à cæteris membris.

Μεταστροφή.

Platonis, Petro Ramo est lo- edam mentis facultas, qua ve- emonstratio, purius & accu- emonstratur. Dicta est à con- lo, quia mentem ad res pro- convertit, in eaq; contempla- uasi defixam tenet. Aristoteli ις, id est, abstractio, seu aversio , quod mentem ab aliarum re- gitatione avertat, & totam in opositæ meditatione quasi fi- tineat. Hæc verè Philosophi- nprimisq; Mathematica: facit entionem Ramus in doctrina nis arithmeticæ. Hæc enim iis numerationibus erectam m requirit.

Μετεμψύχωσις.

ychosis, Transanimatio, mi- animæ in aliud corpus, quæ ur Pythagoræ. (Sicut contra ματωσις, de qua Plato in. 10. de in diversas corporum species io) à μετεμψυχέω, id est animam o.

ia vel impropria. Propria est, entitia. Impropria est Meta- a: de hac accipe hæc Boetii le consol. Philosophica prof. 3. uid à bono deficit, esse desistit, ut mali desinant esse quod fu- ed fuisse homines, adhuc ipsa ii corporis reliqua species o- . Quare versi in malitiam, hu-

manam quoq; amisere naturam. Sed cum ultra homines quemquam provehere sola probitas possit, necesse est; ut quos ab humana conditione dejecit, infra hominis meritum detrudat improbitas. Evenit igitur ut quem transformatum vitiis videas, hominem, æstimare non possis. Avaritia fervet alienarum opum violentus ereptor, similem lupi dixeris. Ferox atq; inquietus linguam litigiis exercet, cani comparabis. Insidiator occultus fraudibus surripuisse gauder, vulpeculis exæquetur. Iræ intemperans fremit, leonis animum gestare credatur. Pavidus ac fugax metuenda formidat, cervis similis habeatur. Segis ac stupidus torpet, asinum vivit; levis ac inconstans studia permutat, nihil ad avibus differt; fœdis immundisq; libidinibus immergitur, sordidæ suis voluptatibus detinetur. Ita fit ut qui probitate deserta homo esse desierit, cum in divinam conditionem transire non possit, vertatur in beluam. Breviter, voluptas bruta cõvertit homines in leones, sues lupos. Hæc conversio est metaphorica transanimatio.

Μετεωρίζομαι.

Μετεωρίζομαι propriò est in altum evehor, sublimis efferor per metaphoram, instabilis vel suspensus sum, vel efferor. Μετεωρισμὸς est elatio. Lucæ 12. μὴ μετεωρίζεσθαι præceptum est contra elationem animorum & levitatem atque vanitatem. Joach: Camer. Μετεωρισμὸν hîc vocat cogitationes distractas & instabilis conversionis aliâs aliud in animam inducentes, ait idem ex Theophylacto. Μετεωρισθείς, elatus animo est Polybio.

Μετεωροσκοπική.


Μετεωροσκοπικὴ i. est μετεωρολογία, Physica

doctri-

doctrina meteororum 2. est pars Astrologiæ, quæ elevationum differentias astrorumque inquirit distātias, aliaq; multa his affinia per docet. Th. Zuing: Disparata est 1. à γνωμονικῇ, parte astrologiæ, quæ solariorū discriminatis umbris horas gnomone seu veruto pernotat: 2. à διοπτρικῇ, parte Astrologiæ, quæ Solis & Lunæ ceterorūq; astrorum intervalla diopteris, ut astrolabio, internoscit. Vulg' (imò etiam Plato 6. de Republ.) μετεωροσκόπον in malam partem accipit pro curioso sublimium speculatore, rebus agendis inutili.

Μέσον.

Μέσον inter ἀντικείμενα extrema.



Nec medium per negationem extremorum, nec medium per recessum ab utroq; extremo constat ex extremis.

De hoc Scaliger intelligatur, cum ait Exercitat. 317. Utrumq; quod est, neutrum est: id est, utrumq; quod est per mistionem, neutrum est solidè seu sincerè.

Medium per veram propriamq; participationem verè constat ex extremis tanquam partibus, ac dicitur formale, quia formaliter continet extrema refracta. Dici etiam potest medium per formalem mistionem contrariorum in gradibus remissis. Tale est tepidum inter calidum & frigidum.

Medium per impropriam participationem quadantenus constat ex extremis, id est similis mod°, ac cōvenientia, quædam est medii hujus cum ipsius extremis, ipsius autem extremum ipsum est in medio: seu medium hoc non habet in se extrema tanquam suas partes. Dicitur igitur virtuale, quia virtualiter continet seu participat extrema. Dici etiam potest medium per virtualem continentiam seu participationem extremorum.

Medium, quod finem provebit in subjectum, est Instrumentale, vel Principale. Instrumentale est quod subservit Principali. Principale est quod proximè est ordinatum ad finem. Exempli causâ, Medium instrumentale, quod beatitudinem ut finem in subjectum inducit, per se quidem felicitatem non confert, sed tamen actiones functionesq; virtutis commodè sine eo obiri nequeunt, ut sunt bona fortunæ & corporis. Principe medium sunt virtutes, ut quæ proximè ordinatæ ad consecuti[...] bea[...]

is. M. Joh. Combach. in
ione Practica.

Μετα ξὺ

vel per intervalla ſignifi-
vel motus intervallum,
ter terminum à quo & ad
ſpatii,ut Temporis aut Lo-
ἀλλήλων, Inter nos viciſſim,
κεῖνοι μεταξὺ ἀλλήλων τὰς βεγ-
. Illi inter ſeſe magna vi
llunt. Virg.
t intercapedo, ſeu id quod
, & τὸ μεταξὺ intermedia,
.

Μετουσία.

t οὐσίας in οὐσίαν mutationem.
unicationem. Græci Theol.
e vidétur, Spiritus illos cre-
ſunt πνεύματα λειτουργικὰ, ea
ſis inſunt, habere ἐκ μετουσίας,
nunicatione. De ſanctitate
horum pronunciant, quod
t ἁγιασμὸν ἐκ τῆς πρὸς τὸ φύσει
υσίας, eamq; ſanctitatem to-
urâ horum occupare, & cum
ſi concretam eſſe. Hæc græcis
σία quædam.

Μέτρον, *Menſura*

(quo quippiam menſura-
cipitur ſpecialius, vel genera-
Specialius accepta, eſt Externa
erna.

qua menſurati cognoſcitur
itas, vel dimenſiva (ut Palmo
udo corporis, decépedâ quan-
gri) vel virtualis.
ſt *vel rei qualitas*, qua cognoſ-
quanta ſit res ſecundum quan-
n perfectionis; *Vel ejus quan-*
qua certi reddimur, quanta
ſecundum propriam inter-
; magnitudinem: Ut quantus

ſitager, propriâ ejus magnitudine cognoſcitur. Sic per quantitatem, qua Mauritius formaliter, id eſt, quatenus quantus eſt, cognoſcitur, quantus ſit Mauritius.

Quod attinet ad generaliorem acceptionem, quicquid eſt ratio cognoſcendi aliud, poteſt dici méſura ejus: Sive ſit ratio cognoſcendi á poſteriori, ſive à priori.

Ejusmodi igitur menſura eſt vel à priori ſeu *primaria*, vel à *poſteriori ſeu ſecundaria*. Illa magis propria eſt, hæc minus.

A priore menſura alius eſt, quod καθ' ἑαυτὸ (ſecundum ſe & naturam ſuam) eſt notius eo. A poſteriori, quod contrà. Subjectum menſura eſt accidentium, quia his natura notius. Perfectum metrum eſt imperfecti *Unaquaq; res tanto perfectior eſſe cognoſcitur, quantò magis ad divinæ perfectionis participationem accedit, & à nihilo recedit.* Tantò autem magis à nihilo, ſeu non Ente recedit, quantò perfectior eſt Entitas ejus. Cauſa eſt menſura effectus primaria; Effectus eſt menſura cauſa ſecundaria. Vide Conciliatorem. Menſura igitur aut eſt propriè aut impropriè dicta: Propria eſt ejusdem generis. Ad propriè dictam attinet *Menſura* (ut finitũ quid) *per ſui replicationẽ*, i.e. quæ aliquoties repetita metitur totum. Talis eſt unitas, multitudinis menſura. Ad impropriè dictam, *Menſura, ut ſcopus, & per virtualem continentiam & χέσιν*: Ita Deus, Ens infinitæ perfectionis, eſt μέτρον omniũ entiũ: Quia rei perfectioné cognoſcim' per χέσιν ad ipſum ut Ens perfectiſſimum: & *quo plurium Dei perfectionum aliqua res eſt particeps, eo perfectior cenſetur ac nobilior.*

Explicatio.

Primum Ens seu summum bonũ, quod Platonici vocant unum, est mensura ut scopus, id est, non est ejusdem generis mensura, ut unitas numeri: Sed omnium Entium & perfectionum Mensura est ut scopus, ad quem dirigũt arcus sagittarii, ut eò collimare seu collineare sagittas possint. Est igitur Scopus mensura ictuum, non quia repetitus aliquoties eos ictus metiatur, sed quia quò propius scopum sagitta missa fuerit, eò perfectior ictus fit. At enim inquis: Omne finitum ab infinito infinitè distat. Non igitur potest unum esse altero remotius ab infinito. Respondendum per distinctionem infiniti secundum distantiam situalem & secundum perfectionem. In infinito quod secundum distantiam & situm attenditur non potest fortè dari unum altero magis remotum ab infinito. Interea verò quæ ab infinito distant secundũ perfectioné, quãtò quid ex his perfectius, tantò est perfectissimo propius, quantò contrà imperfectius, tantò ab eodem lõgiori intervallo semotum est. Nam hic *Vicinia* seu propinquitas aut lõginquitas ab infinito nihil aliud ferè est, quam perfectionis infinitæ vel major vel minor participatio; Thomas 1. quodlibet. Zimara & Jacob. Mazonius in comp: Philos: Platon. & Arist. sect. 1.

Mensura est vel una vel plures: vel est simpliciter una vel conjunctè seu sociatè, ut loquitur Arnobius.

Prioris generis exempla.

Motuum prima mensura est celerrimus primi mobilis motus.

Triangulum est mensura polygoniorum Schematum. Actus est mensura possibilitatis, necessitas contingétiæ; jura personarum tanquam mensura transeunt ad res ipsas tanquam ad mensuratum quoddam Jac. Scheg. Nomisma est metrum rerum permutabilium. γνωστὸν (quod potest cognosci) mensura est γνώσεως (cognitionis) ἐπιστητὸν non propter se, sed, quia scientiæ est causa sine qua non, ut mensura refertur ad scientiam: Scientia enim ratione scibilis cognoscitur Mediocritas seu medium est mensura actionum Ethicarum; est μέτρον defectionis. Rectum est μέτρον obliquorum.

Usus.

Quæstio: cur in definitione Defectionis ponatur τὸ in medio?

Ratio est, quia medium est mensura defectionis, hoc est, defectio rectè cognoscitur per medium, ut obliquum per rectum. Exempla posterioris.

Pedes etiam varii sunt mensuræ versus. Literæ variæ & multæ sunt mensura dictionis. Mensura demonstrationis seu veritatis ejus sunt prima principia axiomataq;, è quibus demonstratio conficitur.

Duæ dieses inæquales ut minimum quid mensura sunt harmoniæ (in Musica.)


Mensura rerum judicatarum est justitia partim divina, partim humana; sed potior & certior est divina.

Utrum verbum Dei scriptum sit potissima, an unica seu sola mẽsura credendorum & faciendorum, gravissima est inter Theologos controversia, quam nostrum est hic transire inexplicatam.

Ptolemæus

Mensura cujusque rei debet esse fixa determinataq;, non indefinita, ut in Geome-

lineaperpendicularis men-
itudinis.



i a b c altitudo eſt d a

Obſervatio.

liquando denominatur à
o; ut opinabile ab opinio-
lum menſuratum denomi-
enſura,ut ſignatum à ſigno,
ut limitatus agere) à limite.
ſuræ multiplex Entitas,quia
menſura majoris.

uæſtio extravagans:
menſura, numeriq́; & ponde-
expers
enſurat,ponderat & numerat?

Solutio.

nſura, Numero Deus omnia
,
Logiſtes, Architectus optimus.

Diſtinctio Aliorum.

u eſt impropriè dicta,aut pro-

dicta ſeu analogica eſt, tum
n efficiens Deus (hic omni-
m menſura:igitur univerſalis
a dicitur)tum objectum, quo
gnitionem (hoc μετρον co-
is dicitur.)
ta eſt,idquod ignotam quan-
facit notam. Extenſionis hæc
a eſt;
erna vel Externa.
m aliquid menſuratur per ſuas

um quid menſuratur quanti-

tate.1.vel ſemel ſumpta,vel iterata.2.
vel abſoluta,vel proportionali, ut cũ
terra dividitur in certas partes, pro
circuli æquinoctialis diviſione.

Uſus.

Cum Ariſtoteles dicit tempus eſſe menſuram motus quam menſuram intelligit? q.1. Extenſionis, tempus enim eſt continuum quid, quia longum quid eſt, cujus partes præteritum & futurum continenter cohærent; & tamen etiam eſt aliquid diſcretum, quatenus numeratur ſecundum prius & poſterius. 2. Externam. Tempus enim ſubſtantiæ extrinſecus accidit, Sic locus etiam metitur ſubſtantiam, cui extrinſecus accidit. Menſura motus dupliciter dicitur 1. active pro eo quod menſurat motum, deinde paſſive pro motu menſurato vel menſurabili. Per. l 12. ph. de temp c. 3.

Menſura dicitur ratione { Menſionis ſeu menſurationis propriè
Numerationis analogicè.

Uſus.

Thomas Aquinas 1. part. ſum. quæſt. 28. artic. 2. pronunciat quantitatem eſſe menſurã ſubſtantiæ (ſc. corporatæ;)
Quæritur an hoc verùm ſit, de diſcreta ſimul quantitate & continua, ſeu de quanto,& magno, & multo; Videatur alicui intelligendum hoc de continua tantum, quod huic propriè conveniat menſurari. Sed ſciendum eſt, Thomam vocem Menſuræ hic latius accipere, ut ei nihil aliud ſit, quantitatem eſſe metrum ſubſtantiæ, quàm ob quantitatẽ ſubſtantiam in partes dividi, ſive metiri eam oporteat, quod propriè eſt menſurã diſtin-

guere, seu numerare. Quod multum est, id numeratur, atq; ita in partes dividitur, ut centū in centū unitates vel multos binarios & ternarios. Quod magnū est, id est longum vel latū vel profundum, vel omnia simul in partes item suas distingui potest, atq; ita possunt hæc quanti πάθη mensuram recipere. Sequitur hinc; orationem quoq;, quæ profertur (vocalem vocant ad differentiam in mente conceptæ & scriptæ) ut discretam quantitatem habere rationem mensuræ. Syllabæ enim orationis dum pronunciantur, quædam producuntur, quædam corripiuntur. Itaq; Fortunatus Crellius in lib. 1. part. comm. dialect: recte utitur propositione limitata seu habente, περιορισμὸν, oratio mensura est distinctorum sonorum & syllabarum, prout ore proferuntur: id est oratio vocalis dum distinctos sonos & Syllabas certo quodam modo profert, eas metiri dicitur, perinde ferè atque cum mensura aliquid metiris. Mensura hæc est analogica.

Μεταβιβασμός.

Μεταβιβασμὸς Aristoteli est, cùm obscura aut minus probabilis definitio permutatur apertiore & clariore. Hoc sæpè refelluntur vitiosæ definitiones: Vel est deductio respondentis à sua sententia: Vel est transitio ab improbabilioribus ad probabiliora: deductio propositionis ad probabiliorem.

Deductio est vel Dialectica, legitima, methodica, quæ fit ἐνδόξοις argumentis, vel sophistica, ἐριστική, fraudulenta, litigatorum. Hæc fit ἀλλοτρίοις & impertinentibus rationibus.

Itaq; μεταβιβασμῷ comprehenditur etiam μετάληψις, interpretatio cōmodior alicuj⁹ propositionis, quæ videtur esse durior, vel vocum permutatio, cum vox ignotior explicatur notiore. Hac igitur mollitur, q παραδοξότερον & durius esse videtur. Ac ei respondet μεταλαμβανόμενον.

Exemplum: Lex condemnat, inquit Apostolus Hujus sententiæ μετάληψις est: recta & perfecta ratio bene & honestè vivendi eos qui secus vivunt, injustos pronunciat, & dignos pœna judicat.

Μεταξὺ: Μετάξα.

Μεταξὺ 1. est Interim. Hinc quidam formulam Interreligionis vocat religionem μεταχικᾶ, quæ purè Græcus diceret μεταξυθρησκεία: Et μεταξυλογία est interfactio Quintil. interlocutio Gellio 2. τὸ μεταξὺ est inter medium, interjectū; mediū, interpositū, intercapedo, neutrū extremorū, ut amic⁹ vel inimicus vel μεταξὺ, i. e. neuter. Inter Essentiale & accidentale est μέσον personale, non autē intersubstantiale & accidentale. Nam personale substantiali subiicitur. Nam quo quippiam est, id est Essentia vel modus essendi. Et essentia & modus essendi est, vel substantiæ vel Accidentis. Substantia est vel οὐσία seu essentia in specie κατ' ἐξοχὴν dicta vel personæ persona, vel est absoluta, ut Angelus, homo vel respectiva, ut pater vel fili⁹ vel Spiritus S. In S.S. Triade. Hic, q mysterium est, trium personarum est una communis essentia & tres modi essendi 3. τὸ μεταξὺ Ethicè est mediocritas ut est affectuum & virtutum.

Μετάξα est sericū, σηρικόν. Hinc fecit Justinianus forma latina vocem Metaxarii lib. 8. cod: de pignoribus pro negotiatoribus serici. Hæc vox e à Serib⁹ populis vel à serib⁹ vermiculis nentibus sericum, qui apud Seres populos sunt & dicuntur aliis bombyces Seidenwürme.

Μεταφορικόν.
cum i. est habens metapho-
onstans ex metaphoris.
Usus.
ojectum prædicatur de affe-
ıa nisi sit inter & ἀντίστροφη, id
ersio. Itaq; non dicitur Me-
:a Emphasis sed Emphatica
is metaphora, non hyperbo-
phorica, sed metaphora hy-
:a, (sicut dicim' hyperbolica
:atio, non hyperbole amplifi-
nō Catachræsis Synecdochi-
ynecdoche speciei Catachre-
ı apocrestica, non Allegoria
orica, sed metaphora alle-
id est continuata. Quia ex
ia Rami & Talæi hyperbole,
ora, catachresis sunt affectio-
porum. (Objectio) Attamen
:itur à Paulo 1. ad Corinth. 5.
agimus non cum fermento
&c. hic Allegoria metaphori-
ıquit Scholiastes: sed respon-
holiasten hoc loco accipere
oricam pro eo quod est con-
metaphoris ut metaphoræ
t se ad allegoriam ut partes ad
ıon ut subjectum ad affectio-
:teroquin hypallactica locu-
rit: Hæc allegoria est meta-
pro recta, Hęc metaphora est
ca. Interdum nominatur
sine subjecto seu tropo ipso,
dico, Ακυρολογία seu κατάχρη-
est. Ακρασία propriè significat
erantiam, sed aliquandò per
ποι ponitur pro ἀκράτεια, id
ntinentia, ut 1. Corinth. 7.

ηχανική, Mechanica.
a est ars, per quam non solùm
ematicis & Physicis rationi-
l etiam per artes manuarias

machinæ & instrumenta ad vitæ humanæ societatem necessaria, commoda & venusta conficiuntur. Mechanica est λογική (rationalis) seu theoretica, vel χειρουργική (aliàs practica) manuaria. Papp. Alexandrinus lib. 8. mathem. collectaneorum. Sic dicta quod manuum operatione perficiatur.

Mechanica theoretica, per geometricas, arithmeticas, Physicas, astronomicas rationes perficitur. Hæc dividitur in quinq; speciales artes.

Prima est ἡ τῶν μαγγανικῶν μηχανημάτων τέχνη, ars machinationum manganariarum ars manganariorum instrumentorum, qua magna pondera machinis adhibitis, ad id effabrè factis, præter naturam in altitudinem tolluntur minori potentia: Quæ doctrina de movendis oneribus præcepta tradit, ut sunt κεντροβαρικὴ centro ponderantium, ἰσοῤῥοπικὴ, æquiliborantium, ἀνισοῤῥοπικὴ inæquiliberantium, ςαθμικὴ, βαρύλκος Heronis, totaq; doctrina de simplicibus quinque facultatibus, ad onera movenda, atq; etiam ex his compositis. Altera est ὀργανοποιητικὴ, βελοποιητικὴ & χειροβαλιστρικὴ.

Tertia est quæ κατ' ἐξοχὴν propter excellentiam dicitur μηχανοποιητικὴ, ars considerandi machinas. Sub qua sunt ὑδραυλικὴ & κλασμαλικὴ. Hujus artis periti dicuntur μηχανοποιητικοὶ & θαυματουργοί. Quarta est αὐτοματοποιητικὴ quæ etiam dicitur θαυματοποιητικὴ, sub hac sunt πνευματικὴ (specialis αὐτοματοποιητικὴ, quæ & νευροσπαστικὴ dicitur) quæ rationem docet considerandi αὐτοματικὴ instrumenta quibus efficimus, ut corpora inanimata à se ipsis moveri videantur.

Quinta est σφαιροποιΐα Sphærarum effectrix ad imitationem cœlestium mu-

motuum seu circumvolutionem, unde tales artifices vocamus σφαιροποιὸς ἢ σφαιροποιητικὸς: sub hac continetur γνωμονικὴ, ars consideratrix horologiorum ὡρολογικὴ & μετεωροσκοπικὴ: Breviter, omnium eorum instrumentorum, quibus utimur in observationibus Astronomicis & Geometricis conficiendorum, ars potest nominari σφαιροποιΐα, Sphæropoeia. Cheirurgica, quæ perficitur manuũ exercitatione, varias habet partes: Generatim tamen potest comprehendi sub τεκτονικῇ, ædificatoria: de qua scripsit Vitruvius lib. 10. architect. suæ; ubi facit tria genera machinarum; Unum Ἀκροβατικὸν (scansorium) Alterum πνευματικὸν (spiritale.) Tertium βαναυσικὸν (tractorium).

Pappus Alexandrinus Cheirurgicam dicit constare χαλκευτικῇ, arte æraria, τεκτονικῇ, ædificatoria, οἰκοδομικῇ fabrili, ζωογραφικῇ, pictoria, aliisq́; similibus artibus.

Ἄλλως.

Mechanica est ars bene machinandi, id est, doctrina faciendarum machinarum & instrumentorum, aliàs μηχανοποιητικὴ. A Græco μηχανή.

Machina propriè est opus artificiosum ligneum vel ferreum, habens maximas vires ad onera movenda, ut est ἀκροβατικὴ (Scansoria) πνευματικὴ (spiritalis) & βαναυσικὴ (tractoria). Interdum generalius accipitur pro quovis opere manuario. Opus Mechanices Græcis est μηχάνημα: Mechanicã necessitas & cõmoditas genuerũt, admirabilitas & jucunditas celebrârunt.

Mechanicæ scilicet est, quod tecta & vestes fiunt: quod aratrum agris circumagitur: quod bigis & quadrigis commeatus, merces, onera vehuntur: quòd navigia remo impelluntur, quòd gubernaculo exiguo in extrema puppi collocato ingentes triremium moles inflectuntur: quòd gravia facilè sursum attolluntur: quod magna pondera ab exigua admodum virtute moventur: quòd unius sæpè manu pro multis fabrorum manibus pondera lapidum & trabiũ à fabris & architectis sublevantur: quòd magnæ arborum moles in partes dirimuntur ac dispescuntur; quod è liquidorum prælis vina oleave exprimuntur, quod cœlestem globum Archimedes exiguo fragilique orbe conclusum ita effinxit, ut omnes cœlestes motus repræsentare videretur; quod idem non veritus est dicere Δός μοι ποῦ στῶ, τὴν γᾶν κινῶ. Da mihi ubi stam, terramq́ue movebo; quod Conradus Dasypodius excellentissimus Mathematicus artificiosissimum horologium cathedralis Reipubl: Argentinen: templi primus invenit, & auxilio opificum & artificum (idest mechanicorum Cheirurgicorum) confecit: quod Carolo Imperatore ingrediente Norinbergam aquila volavit: quod musca ferrea convivas circumvolitavit: quod Illustriss: & literatiss: Princeps Mauritius Hassiæ Landgr: Fuldam Anno Domini 1601. alicuo navigabilem fecit. Præterea Siphones incendia restinguentes & alia. Quis enim omnia enumeret quæ ostendunt multa, quæ commodis & usibus hominũ inserviunt, artè posse, quæ natura non potest, mechanicæq́; opera præter naturam fieri.

Mechanica est duplex, Rationalis & Manuaria magis.

Rationalis (λογικὴ) est, quæ mathematicis & Physicis rationibus potissimum perficitur.

Constat hypothesib⁹ & Theorematis.

Rationali continetur Ars manganariorũ, Organopoetice Thaumatopoetice A- Sphæro poetice.

ınariorum eſt, qua onera pon-
minori potentia moventur
ıt cũ magna onera machinis
is in altitudinẽ tolluntur.)
Mangano, quod eſt lignum
m, de quo in Trochlea.
s duæ ſunt. Prior continet τὰ
ϱικὰ Centrogravia ſive Cen-
rátia, & τὴν σαθμικὴν ſic dictã
θμῦ, id eſt pondere ſive libra.
doctrinam de certis potentiis
onera tolluntur.
gravitatis eſt punctum rectæ
ıtis figuram in partes æquè
ſeu eſt punctum intra figuram
n, circa quod undiq; partes æ-
n momentorum conſiſtunt, id
ſcunt.
gravitatis eſt aut ſolidorum
um. Præpono Solidorum; quia
pliciter & magis propriè con-
quàm planis. Itaq; Collegi-
nnimbricenſe dicit, Centrum
tis eſſe punctum mediũ lineæ
orpus in partes æquè graves
ıtis.
gravitatis ſolidi eſt punctum
tra ſolidam figuram, per q̃ ſi
planum, figuram quomodo
ecans, ipſam in partes æquè
antes dividet. Differt igitur à
Juiverſi & Magnitudinis:
iniverſi eſt punctum, à quo o-
eæ ad extremæ ſphæræ mun-
ferentiã ductæ ſunt æquales.
nagnitudinis eſt punctus me-
æ rectæ figuram in duas æ-
nagnitudines dividentis. Seu
tum, mediũ figuræ obtinens.
ıentia colliguntur ac dedu-

m gravitatis & magnitudi-
bo æquabiliter gravi in u-
mque centrum recidunt: At
in æquabilem habente gra-

vitatem cujusmodi eſt ſphæra partim plumbea partim lignea, in talis igitur globi medio eſt centrum quidem magnitudinis, ſed centrum gravitatis eſt punctum extra medium in parte graviori exiſtens, quod cum centro totius univerſi jungeretur, ſi ejusmodi corpus ſine impedimento deſcenderet.

2. Centrum gravitatis terræ eſt centrum mundi. Et ſi grave quippiam in centro mundi collocatum fuerit, neceſſe eſt centrum gravitatis illius in centro mundi conſtitutũ eſſe, ſiquidem ut grave illud tunc quieſcat, partes undiq; ipſum ambientes æqualiũ momentorũ eſſe & manere oportet.

Quàre cum phyſici dicant; Omne grave ſuopte nutu ſeu naturali propenſione centrum mundi appetere, nihil aliud dicunt quàm quod grave proprium centrũ gravitatis cum centro mundi coaptare expetat, ut optimè quieſcere poſſit.

3. Motus itaq; deorſum alicujus gravis corporis fit per lineam rectam, quæ centrum gravitatis ipſius gravis & centrum mundi connectit. Et graviæ ſecundum gravitatis centrum deorſum tendunt. Et unum quodq; grave in centro gravitatis propriè gravitat, ita ut tota vis gravitatis ponderis in ipſo gravitatis centro collectæ eſſe ac tanquam in ipſum cõfluere videatur.

Centrum gravitatis plani eſt punctum intra planam figuram, per quod ſi ducatur recta linea figuram quomodocunq; ſecans in partes æquiponderantes ipſam dividet.

Centrogravium hypotheſes ſeu πϱοκαταλήψεις ſunt.

Ita ſe habet gravitas ad gravitatem, ut diſtantia ad diſtantiam.

2. Gravia æqualia ex æqualibus diſtantiis æquiponderant. Sumitur an-

autem distantia gravium à centro libræ, id est *ex puncto circa* quod *libra vertitur*.

3. Aequalia gravia ex inæqualibus distantiis non æquiponderant, sed præponderat grave ex majore distantia.

4. Gravibus ex aliquibus distantiis æquiponderantibus si alteri gravium aliquid adiiciatur nō æquè ponderat, sed ad grave, cui adjectum fuit, deorsum fertur.

Similiter ab altero gravium si auferatur aliquid, non æquè ponderat, sed ad grave, à quo nihil ablatum est, deorsum tendit.

5. Similibus & æqualibus figuris inter se coaptatis centra quoq; gravitatis ipsarum inter se aptata erunt.

6. Similium figurarum centra gravitatum similiter sunt posita. Puncta in similibus figuris similiter posita esse dicuntur, à quibus ad angulos æquales lineæ rectæ ductæ cum lateribus homologis æquales angulos efficiunt.

Ex his principiis demonstrantur Theoremata, de quibus vide artifices.

Stathmice est de libra qua expenduntur pondera.

Pondera sunt vel ἰσόῤῥοπα vel ἀνισόῤῥοπα (ῥοπὴ momentum est). Ihorrsopa seu æquiponderantia sunt quæ constituta sunt in æquilibrio. Ænisorrhopa, contrà.

Æquilibrium dicitur, cum brachia libræ Horizonti seu Finitori æquidistant, ita ut examen libræ in neutram partem declinet.

Linea, quæ directe seu perpendiculariter ita à centro libræ demissa esse mente concipitur, æquilibrii linea dicitur.

Consideratio corporum gravium & levium hìc simplex est, vel respectiva.

Corpora ea simpliciter dicuntur æque ponderantia, quæ pondere sunt æqualia, licet non sint æqualis materiæ.

Corporum anisorrhoporum propriè & simpliciter illud dicitur, quod pondus habet gravius altero, licet sit diversæ materiæ.

Corpora respectu alterius dicuntur graviora vel materiæ, vel descensionis vel loci ratione.

Ratione materiæ si materia alterius gravior materià alterius, ut plumbum dicitur hoc modo esse gravius ferro.

Ratione descensionis, dicuntur graviora vel leviora, si vel per rectū aut curvum; si vel velocius aut tardius descendant, licet simpliciter, id est pondere sint æquè gravia.

Corpus denique levius aut gravius altero censetur ratione loci, in quo corpora manent & quiescunt, quo gravitatem vel levitatem acquirere possint, licet per se ejusdem sint ponderis.

Potentia gravis corporis definitur ex viribus ejus, quibus deorsum ferri appetit, & resistit motui, quo sursum tollitur.

Æqualis potentiæ corpora sunt, quæ æquali tempore æquale spatium motibus suis pertranseunt.

Corpora quæ æqualis sunt magnitudinis & æqualis potentiæ, æqualis etiam sunt generis.

Inæqualis potentiæ corpora sunt, quæ æquali tempore per inæquale spatium motibus suis feruntur, ita ut unum altero velocius aut tardius moveatur.

Corpora quæ inæqualis sunt magnitudinis & inæqualis potentiæ, inæqualis etiam sunt generis.

Si corpora sunt inæqualis potentiæ majoris potentiæ dicitur illud, quod æqualia spacia minore tempore c

[q]uod verò majus tempus re-
[m]inoris dicitur potentiæ.
[Po]tentiæ corpus est illud, quod
quidem in descendendo ad
[ad centrum] mundi connititur, in ascen-
[ve]rò tardius sursum movetur.
[C]orpus grave in descensione
[gr]avius, quo rectius seu magis
[perpend]iculariter ad centrum mun-
[di].
[Co]rpus simplex in sibi proprio
[non est] grave. Nec ullum corpus ali-
[quod in] ipso est grave, ut nec aqua in
[aqua, ne]c vinum in vino, nec oleum
[in oleo] grave censetur.
[Libra p]er rationem circuli, est κύκλος
[...] Libræ longiorū brachiorum
[ex]actiores, quàm libræ mino-
[rum].
Ponderandis mercibus, ne
[...]voles adhiberi libras longio-
[rum n]on breviorum brachiorum.
[I]n circulo majori majores sunt
[q]ui à centro longius producti,
[citiu]s moventur: In circulo mino-
[re ta]rdè. Jam verò major libra est
[qua]m major circulus: minor libra
[q]uam minor circulus. Ergo
[m]ajor facilius movebitur quàm
[...]
[...]is feruntur, ea magis in con-
[...]n veniunt, eorumq; æqualita-
[te]l inæqualitatem facilius licet
[ad]vertere.
[Li]bræ celerius agitantur, quàm
[...]s.
[M]ajoribus libris utamur, rerum
[pond]erandarum æqualitatem vel in-
[æqualit]atem citius deprehendemus,
[co]nsequenti, libræ majores sunt
[...]res.
[...]r δυνάμεις seu facultates quib⁹
[...] onera moventur.
[...]net Problema Archimedis,
[...] datum pondus movere: qui

& dixisse fertur, ut suprà dixi, Da mihi ubi consistam, & commovebo terram. Statuit enim per certas δυνάμεις, tanquam media, pondus quantumvis maximum, & viribus tamen minimis loco moveri posse.

Potentiæ seu facultates eæ sunt simplices vel compositæ.

Simplices sunt, vectis, Axis in peritrochlio Trochlea, Cuneus, & Cochlea.

Vectis, μόχλος, est palus acutam habens cuspidem seu lignum longum, quod oneribus subiicitur ut tolli possint. Cum enim magna pondera sunt movenda, quoniam parum à terra attollere oportet, ea autem ansas non habeant, quod omnes partes basis ipsius ponderis solo incumbant, iccirco paulatum suffodientes, & ligni longi seu rotundi sive quadrati, extremitatem sub onus subiicientes, ex altera parte adducimus, supponentes ligno, prope ipsum onus, lapidem, qui græcis dicitur ὑπομόχλιον eò quod vecti subiiciatur.

Hypomochlion est fulcimentum è duriori materia, ut lapide, quod ad locum ponderi propiorem subiicitur.

Hinc est axioma. Vectis hypomochlio subjecti pondus levat unius hominis viribus, quod multarum manuum vis conjuncta levare non potest.

Quanto propius oneri ponitur hypomochlion, quanto etiam longius vectis motor ab ejus hypomochlio ab est: tanto facilius pondus movetur.

Navigium igitur à diversis remigibus; aliis in prora, aliis in media navi: aliis demum in puppi collocatis agitatū, ab his velocius promovetur, qui in medio loco sunt constituti.

Quo enim longius vectem movens ab ejus hypomochlio abest, eo facilius pondus movetur. Cum navigium

à diversis remigibus movetur, sicut vectis, hoc est remi motor in medio navis constitutus, longius absit ab hypomochlio: Navis enim in medio est amplissima. Ergo in medio constitutus, pondus, hoc est navigiū cū aqua facilius propellet, quam reliqui. Habet hoc vectis commune cum libra, quòd potentia circulus est.

Vectis diametri termini sunt pondera, alterum lignum, alterum caput.

Vectis duplicatur in Cuneo.

Cuneus igitur est instrumentum mechanicum quod magnas moles vel arborum vel marmorum duobus in contrarias partes distrahentibus vectibus divellit.

Utimur eo in iis motibus, qui brevi tempore fiunt, ut cum continui solutionem molimur, cum aliquid distendere, vel aliquid frangere, aut figere volumus. Maximus ejus usus est ad lapides cohærentes cum partibus inferioribus ex ipsis lapicidinis evellendos. Pars Cunei acuta secat acumine: Superficies utrinque planæ, altera indextrum, altera insinistrum, dispellunt.

Quanto Cunei angulus minor est, tanto faciliusagit, videlicet leviori percussione.

Hypomochlia hic sunt oræ rimæ utrinque cuneum excipientes.

Axis in peritrochio est lignum quadratum cujus extrema contorquentes rotunda facimus. Quomodo præterea construatur, docet Pappus Alexandrinus.

Circa medium axem circumponitur tympanum habens foramen quadratum axi congruens, ut eodem tempore & axis & peritrochium vertatur.

Si volumus magna pondera vi movere minori, alligatos ad pondus funes circumponimus circa depressas partes axis, & in foramina, quæ sunt in peritrochio, inicientes scytalas deducentes peritrochium convertimus. Ita, inquam, pondus facilè movetur à minori potentia funibus circa axem convolutis vel etiam ab aliquo recollectis, ut nec toti axi circumponatur. Sub hac facultate comprehenduntur, Ergatæ furculæ (ἐργάται) terebræ, tympana cum suis axibus sive dentata, sive non.

Trochlea est machina tractoria rotulam axiculum & fauem ducto[illegible] continens.

Cochlea, aliâs Helix Cylindrica, nil aliud est quàm assumptus cuneus percussionis expers. Seu est trigon[illegible] curvum: Si enim altera ex lineis rectū angulum constituentibus cylindri basi lineæ ipsi æquali obvolvatur, reliqua verò, servato eodémque constituunt angulo, super Cylindri superficiem curvetur, habebitur helix cylindrica. Hujus potentiæ plures sunt partes: constat enim duabus superficiebus, ideoq; pluribus etiam modis variari potest. Usus ejus est, ut Cylindri basi in superficie immobili c[illegible] axem conversa pondus movendum helicem premat.

Compositæ potentiæ nascuntur, si simplicium fiant συζυγίαι, ut cùm fit per mistio vectis cum trochleis, vel trochleæ cum vecte. Sic Cochlea interdum aliam facultatem assumit.

Ὀργανοποιητικὴ est doctrina conficiendi instrumenta; Estque βελοποιητικὴ vel ὑδραυλική.

Βελοποιητικὴ (ars jaculatoria) docet machinas bellicas & instrumenta ad bellum necessaria, quæ tela, saxa, sagittas & machinas longius excu[illegible] conficere; Ea instrumenta di[illegible] jaculatoria. Βέλος est omne [illegible] qu[illegible] instrumentis bellicis, tormen[illegible] da, arcu, emittitur.

ur pars est ζωπαλικὴ, (quæ cō-
tapultas). Tela, n. lapides, sa-
& similia jacula in longissimū
tiū emittuntur per catapultas.
ulta est machina bellica, qua
t saxa excuti solent.
ce docet rationem conficien-
hinas hydraulicas. Seu facit
nenta, quibus aqua facilius de-
r, libratur, attollitur, exprimi-
shauritur, quæ Græcis sunt
ἀντλημαλικὰ.
quadruplex præcipuè est diffe-
. Primum genus est, quo aquæ
lta profunditate exhauriuntur
mpana, per cochleas (quod in
, pontibus, navigiis requiri-
indiget horum calcatura seu
ione.
inæ sunt tripartitæ, Vel enim
itissime magnam multitudi-
quæ exhauriunt sed non cito;
magnam altitudinem aquam
nt, sed non multum; vel altissi-
xtollunt, aquam & magnam
copiam exhauriunt.
hydraulicarum machinarum
est quod vi aquæ versatur: cu-
di sunt in fluminibus rotæ &
ana, ad molendam farinam,
m frontes si percutiantur ab
u fluminis ipsa rota versatur.
. Machinæ hydraulicæ sunt ex
s fiunt aquæ ductus, cum vel
m scaturigines ad certa loca
ntur per canales & tubulos,
am flumina ad opplendas fossas
re belli in unum locum co-
r; vel etiam aliæ librationes &
tiones aquarum perficiuntur.
Vitruvius lib 10. cap. 3 hydrau-
achinas vocat, quæ per fistulas
edunt, propter aquam ab aëre
Tam.
r commune quid habent cum

ὀργάνοις ἐμπνευστοῖς seu spiritalibus, quæ spiritu inflantur.

Θαυματοποιητικὴ conficit machinas quibus multis pariunt admirationem alias θαυματουργικὴ.

Subhac sunt πνευματικὴ & αὐτοματοποιητικὴ. Illa spiritalis Latinis dicitur, quod efficiat per spiritus & flatus varia corpora etiam aliis elementis congredientibus. Hujusmodi sunt folles fabrorum, cucurbitulæ, siphones, quibus utimur in incendiis. Hujus etiam generis sunt in quibusdam aris igne evaporante statuæ sacrificantes, crateres concordiæ, qui sunt duo vasa, quorum si unum repleatur vino, alterum autem sit vacuum. & utrumque canales habeat apertos, non effluit vinum, nisi & alterum vas aqua impleatur; tubus à quo fluat aqua & vinum, in quacunq; voluerimus proportione; Constructio sacelli; cujus igne accenso valvæ sponte aperiuntur, & eo extincto rursus clauduntur; Constructio vasis, quod δικαιόμετρον (justæ mensuræ) appellatur, quod sci humido repletum quotiescunq, invertitur, æqualem quantitatē effundit; Cucurbitulæ constructio, quæ sine igne attrahat; Item tale θαῦμα, ut si in ara accendatur ignis, statuæ choros ducere videantur.

Πνευματικὴ speciatim quoad clangores sonitusq; edendos est κλασματικὴ; qua sonitus quidam & clangores tanquam per tibias & instrumenta Musica similia efficiuntur, cum tamen hæc non assint, sed ex aëre occluso vel intercepto, vel aliis modis affecto ejusmodi clangores fiant. Talis est constructio Lagenæ vociferantis cum humidum effluit; Constructio organi, quod vento perflante sonū reddat tibiæ; Gall' gallinaceus in horologio in vēto à Dasypodio, & in

 templo

templo Argentinensi erecto; Ut apertis templi valvis sonus tubæ efficiatur; thyrsus in aquam demissus sonum edens fistulæ vel aviculæ.

Αὐτοματοποιητικὴ est pars Mechanicæ, docens rationem conficiendorum αὐτομάτων, id est quomodo inanimata corpora à seipsis moveri possint. Aliàs dicitur νευροσπαστικὴ, quia in ejusmodi fabricis nervi & funes solent adhiberi, per hos θαυματουργοὶ motus animantium imitari videntur. Αὐτομάτα Dædalei, i. e. insignis exempla sunt multa artificiosissima horologia, & quòd Gallus Gallinaceus concutit alas, quatuor ætatum statuæ egrediuntur, ingrediuntur, convertuntur in circulũ singulis horis, quartas horarũ partes pulsãdo indicãt, Mortis imago tandem extremam horæ partem pulsat, & ita finem hujus & initium alterius sequentis horæ docet.

Μικρολογία.

Μικρολογία est minuta de verbis disceptatio; vicina est illi λεπτολογία. Talis interdum est criticorum, cum nimis anxii sunt & scrupulosi in minutulis. Hæc est significatio oratoria. In doctrina Ethica μικρολογία est vitium, quo sordidè & præparcè ratio initur vel agitur.

Interdum etiam in oratoria significat orationem tenuem, & humilem, ac ejusmodi quæ caret dignitate verborum & sententiarum, μὴ μικρολόγει περὶ τὰ μεγάλα, id est ne humiliter loquaris de magnis.

Μιμητική.

Est facultas, quæ in imitando versatur, Aliàs εἰδωλουργική. Ejus Platoni duæ sunt species 1. εἰκαστική. assimilandi seu repræsentandi. 2. φανταστική, quæ imaginũ modos docet. Illa in veris: hæc in inanibus & falsis imaginib' versatur. Vide Plat. in Soph. cui Sophista est Δοξομιμητὴς, φανταστικὸς, qui φαντάσματα. i. e. inanes rerum imagines, h. e. falsas opiniones & comminiscitur & tanquam veras obtrudit, ac habet ἐπιδείξεις suas pro ἀποδείξεσιν. Mimetica oratio seu verba μιμητικῶς proposita dicuntur, quæ alterius personam non nostram repræsentant.

εἰδωλοποιητικῆς seu εἰδωλουργικῆς genera duo. | εἰκαστικόν. | φανταστικόν.

Monopolium.

Monopolium est facultas aliquid vendendi, quã quis unus habet, seu cum quis propriam sibi venditionem aliquarum rerum facit, sive sit privatus, sive civitas. Aristoteles vocat μονοπωλίαν lib. 3. politicorum textu 138. Quæ legibus civilibus licet sit prohibita, hodie tamen viget: quam benè, dispiciant alii.

Μονάς.

Μονὰς 1. est unitas 2. primus numerus in tesseris, tesserarum jactus qui dicitur ὄνος, id est asinus 3. μοναὶ sunt conclavia seu habitationes, & singulares ac solitariæ habitationes, ἀπὸ τοῦ μένω id est à manendo: utitur hac voce Joh. cap. 14. per metaph.

Μοναδικὸν vox est Arithmetica politica & physica. Numerus enim dicit μοναδικὸς & homo μοναδικὸς sui, ut juris & potestatis, & avis μοναδικὴ solitaria unica.

Μονὰς est Transcendens vel Inferior. Transcendens Deus rerũ principium Pythagoricis, & unitas Metaphysica. Inferior ut Mathematica, Ethica. Logica. Mathematica, ut Arithmetica [illegible] radix numeri, prima omnium [illegible] rum mensura.

gica est simplex terminus. Dy-
positio quæ ex duobus termi-
nquam duabus monadibus,
it. Trias, syllogismis.

Μονόφθαλμος.

μος est unoculus: Herodotus
in Schythia esse ἄνδρας μονοφ-
, Arimaspos nomine: unocu-
it Plautus. Utitur ista voce
18. pro lusco. Distinguunt in-
οφθάλμους & μονοφθάλμους. Et
è μονοφθάλμους perhibent ap-
qui natura tantum habent u-
culum: ut Cyclopes, Cœlites
τεροφθάλμους qui alterutro ocu-
privati sunt casu quodam: sed
fferentia non semper à scripto-
servatur.

Μυστικὸ ἄφωνος.

nuta erat 1. quæ quibusdam
us faciebat intelligi, quod lingua
riptura meli' exprimi nō posset
oll. Seu quæ ore clauso mani-
quebatur, & quibusdam gesti-
onibus faciebat intelligi, quod
rrante lingua aut scripturæ tex-
osset agnosci. Cassiod. lib. 1. va-

raulica, quæ aquæ sono exerce-
Hydraulicum autem organon
mile aræ rotundæ, & canales
tulas in aqua tenebat, qua per
m mota illæ spiritu repleban-
rvulorum quorundam seu lin-
m inclusarum medio, atq; ita
simum edebant sonum. Athen.
.24. Qui hoc instrumento ute-
seu cantabant, dicebantur
ulæ.

mutam qui callebant, appella-
Pantomimi & Chironomi.
enr. Salmuth. notas ad Pancir.
à veteribus accipitur pro ho-

mine gratiis omnibus ornato & sapi-
ente; & Musica pro suavi morum
concinnitate.

Μυκτὴρ.

Ὁ μυκτὴρ 1. significat meatum odoran-
di, nares. Galen. & Aristotel. 2. Irrisi-
onem 3. Irrisorem insignem, sicut
Poeta non nasutum, sed nasum quen-
dam vocat; quæ prædicatio impro-
pria est & hyperbolica. 4. ὕβριν Pol-
luci. Sunt enim aliquæ Ironiæ, quæ
conjunctum habent μυκτηρισμὸν,

Μυκτηρίζω est irrideo, cum nasi quadam
commotione ἐκμυκτηρίζειν hinc est
Lucę 16. ἐξεμυκτήριζον: ubi præpositio
ἐξ verbi significationē auget, quæ est
insignis derisionis, adhibito gestu
quodam narium, ut dixi. Latini di-
cunt naso suspendere Horat.

Μυστήρια.

Mysteria sunt arcana seu arcanæ res
quas nefas est divulgare (à verbo μύζω
quod latinis est mutio, id est sonum
reprimo) velactiones arcanę rei aper-
tæ. Apud Ethnicos erant parva vel
magna: in quibus quæ agebantur sa-
cerdotes summo silentio occulebant.
Mystis tamen, hoc est, initiatis ea
communicare fas erat.

In specie Mysteriū Sacramentū est, hoc
est, vel actio tota Sacramentalis &
spiritualis vel tantùm sacra symbola,
quæ in actione usurpantur vel res
quæ in symbolis referūtur voce my-
sterii significātur. Μυστήριον cōtinet res
significatas, i.e. externa signa cōtinét
res significatas nō inclusivè sed reprę-
sentativè. In Eucharistia continetur
magnum mysterium seu sacramen-
tum: Augustin. id est magnæ & arca-
næ res. De mysteriis numerorum vi-
deātur Pythagorei & Platonici: Myste-
ria Dei quæ ad salutem nostram per-

cinent in se suaque natura cerni à nobis non possunt sed ipsa in verbo Dei quasi intuemur.

LITERA. N.

Νοερὸν.

Νοερὰ φύσις est intelligens natura

Νοερὸν & λογικὸν { simpliciter, ut angelus / Cum affectione imaginis Dei.

Quidam putant in imagine Dei esse ἰδοποιὸν διαφορὰν hominis. Cum enim de solo homine legatur, eum conditum esse ad imaginem divinam, dicunt ita eã explicari debere, ne creaturæ ulli alii tribui possit, ut sit anima πνευματονοερὸν καὶ λογικὸν, non simpliciter, sed tale, quod sit divinæ imaginis, & hoc modo prædita iis virtutib⁹, quæ sunt in eo Archetypo, ad cujus instar creata est, quæ deliberando, consultandoq́. decernit & statuit, quod rectum est, & ita virtutes has in corpore exercet, & sententiam suam oratione explanat.

Νόθος.

Nothus *propriè & in specie* significat eum: qui non est procreatus ex justis nuptiis: natus est ex non justo matrimonio inter se copulatis. Huc pertinent qui vulgo vocãtur Bastardi à germanico Bös art nati ex stupro maris ac virginis vel viduæ honestè aliàs vivẽtis. Dn. Vult. in cõm. in Inst. *Impropriè & generaliter* nothũ dicitur, quicquid non est legitimum, vel quod est degener. *Nothipulli* sunt, qui concepti sunt ex peregrinis maribus. *Catulus* nothus dictus est à Philostrato quem leæna concepit ex pardo, Vide lexicon. Jur. diligentissimi viri Johannis Calvini.

Νόθος λογισμὸς seu λόγος Plat[...]is vide in voce λογισμὸς. *Notha Costæ* [...] in doctrina physica seu Anatomica dicuntur inferiores quinq; Vulgo mendosæ, quia & breviores & m[...]liores sunt. Græci has vocant [...] i. est. Cartilaginẽ, quia subl[...] earum est cartailagine. Op[...] ejs superiores septẽ, veræ, quæ [...]untur à spondylis, & terminan[...] medium os pectoris cui nomen est στέρνον *Nothum seu adulterinum regni* seu Principat⁹ regius Nothus [...]ticis est regnũ diminutũ vel m[...] tyrannide: cui opponitur verũ & [...]stum, simplex & perfectum, quod est imperium unius ex virtute pe[...] optimi in subditos inferiores, [...]bera perpetuaq́; omnium rerum potestate ad utilitatem publicam. Vide 3. politicorũ Aristotelis Noth[...] nothi versus sunt alieni, q[...] falsò attribuuntur. Aliàs n[...] & suppositicii. Sic dicta notha id est [...]positicia instar alieni fortis.

Νυμφαῖα Nymphæa.

1. Nymphæa erant aulæ seu ædes publicæ amplissimæ, quas nuptiar[...] celebrandarum gratia frequen[...], qui propriis in ædibus idoneo ad [...] destituebãtur loco. Hæc erant in[...]cta culinis & conclavibus, i[...] q[...] mantilia, patinæ & alia vas[...] bantur: Sic dicta quòd Græc[...] sam dicunt Nympham. Pa[...]
2. Alii accipiunt Nymphæa ita u[...] tantũ nuptiis celebrandis, sed [...] cris seu thermis voluptatis ca[...] stitutis sint destinata à P[...] qui posteritatis causa ea ext[...] Vide Beroald. ad Apul[...]
3. Sed Jul. Capitolin. videtur [...] inter Nymphæa & ipsa Lava[...]

...pera Gordiani nulla extāt, præ-
...edā Nympha & balneas. Ap-
...inc Gordianum Nymphæis
...tructis lavacra etiam adjecisse.
...quoq; qui existimēt Nymphæa
...ptialia cubicula, à quibus Be-
...s dissentit.

LITERA. O.

...lus O' geminatus appositus & subjecto & prædicato.

...s appositione ad & subjectum ...dicatū significat ἀληθινόν, vel ... Aristot. 2. de anima text. 36. ... ipsius esse omnib' essentia est. ... Græco & τὸ causa, & τὸ essentia ... articulum præpositū. Si igitur ...psa ipsius Esse, est ipsa essentia ...am ipsa essentia est ipsa causa ...Esse. Causam autem ipsius Esse ...teles intelligit eam, quæ dat rei ...pecificum, & rem constituit in ...e. Hæc autem est forma. Zaba-...d hunc locū, qui etiā ex eo col-...ateriam non esse partem essen-...a quidditatis rei.

...s ὁ interdū est Interpretationis: ...θε τοῖς νόμοις, τοῖς τῶν βασιλέων κει-... obtempera legibus, nempe iis ...eges tulerunt

...s additus mutat nonnunquam ...sitionem particularem in fin-...em Matth. 26. πρὸς τὸν δεῖνα &c. ...endam qui vobis non ignotus ...iq; vos ante sæpe recreavit. Ar-... vis interdūm est ἀναφορικὸν (re-...) ad Corinth. 10. ἡ δὲ πέτρα, id est ...lla, ex petra profluens, quæ Ifra-... sequebatur in deserto erat ...tus, i.e. adumbrabat Christum.

Ὅπερ.

...ist. est verè, propriè, essentialiter

ut ὅπερ ἄνθρωπος verè homo, ὅπερ ὂν verè Ens: color prædicatur ut ὅπερ ὂν de albedine, id est, propriè & essentialiter. At albus paries, non potest dici ὅπερ χρῶμα i.e. verè color. Non est generaliter verū hoc pronūciatū: Cùm articulus Græc' & subjecto & prædicato apponitur, significatur prædicatū esse ὅπερ ὂν ratione subjecti, vel esse partem essentialem subjecti. Nam ὁ ἄρτος ἐστὶ τὸ σῶμά μου dici potest; & tamen panis nō est ipsum corpus domini, seu prædicatum non est de essentia subjecti.

Οἷον.

Οἷον valet adverbium quasi ut, οὐ λέγω, οἷον ὅτι ἐκπέπτωκεν &c: nō dico quasi ꝗ exciderit sermo ille Dei. In ep. ad Rom. 11. Sic Plato in Apologia καὶ εἴτε δὴ μηδεμία αἴσθησίς ἐστιν ὁ θάνατος, ἀλλ' οἷον ὕπνος, id est sive mors non sit aliquis sensus, sed quasi somnus. Similitudinis igitur hic nota est.

Οἷόν τε idem est quod δυνατὸν, possibile. Quando autem hæc vox hanc significationem ascifcit, solet post se regere verbum infinitivi modi, ut οὐχ οἷόν τε ἐκπεπτωκέναι (sub audiendo verbum ἐστὶ post voculam οἷον) id est fieri tamen non potest ut exciderit. Joh. Piscat. in Scholiis in 9. cap. ad Rom. ὡς οἷόν τε pro virili parte. Demosthenes. Καθ' ὅσον οἷόν τε μετρίως καὶ εὐλαβῶς χρηστέον quā modestissimè & cautissimè fieri potest, utendùm est. Galen. lib. 1. ad Glaucum.

Ὁμαλότης.

Ὁμαλότης vox est Mathematica, Physica, & Ethica. Significat enim æqualitatem, planiciem, æquationem. Est Mathem: ὁμαλότης figurarū seu σχημάτων: Est Aristoteli in Politic. ὁμαλότης τῶν κτήσεων καὶ οὐσιῶν, i.e. æquatio bonorum, ut Cic. in officiis vocat.

Nam

Nam & ὁμαλίζειν τὰς κλήσεις est ἰσάζειν (adæquare) τὰς κλήσεις (bona.)

Est ὁμαλότης σφυγμοῦ Galen. id est, æquabilis pulsus: In Astronomia ὁμαλαὶ παραυξήσεις ὡριαῖαι sunt æqualia incrementa horaria. Vide Scalig. in Manilium pag. 260. & ὁμαλότης, est æquatio incrementorum horariorum.

Αὐξομείωσιν horarum ὁμαλίζειν est varietatem horarum æquare. Intellige varietatem horæ esse horæ æquinoctialis αὔξησιν (augmentum) aut μείωσιν (decrementum) & hanc varietatem in genere composito nomine dici αὐξομείωσιν. Joseph. Scalig.

Est ὁμαλότης motuum. Est deniq; ὁμαλότης orationis, sermonis, stili, metri, quantitatis. Cui opponitur ἀνωμαλία (varietas) & ἀνωμαλότης: Cujus in versu exemplum est: Mercator hodie est, cras citharœdus erit, apud Auson.

Et, Et tibi Mœcenas inter heroidas, apud Propert. ubi aspiratio pro positione est.

Homogenea.

bras illas compleri, & cordis & Epa-
tis maſſam conſtitui, atq; hoc modo
ex ſanguine etiã aliquid ad naturam
horum concurrere, quod & de pul-
mone, liene & renibus cogitari o-
portet. Cerebrum autem ex ſemine
ortum ducere videtur, ſicut & ceteræ
partes univerſæ homogeneæ, itaq;
viſcera ea, quæ παρέγχυμα à Medicis
appellantur, & carnis inſtar habent,
etiamſi ſanguinis aliquid habent ab
ortu ſuo; non tamen αἱματικαὶ partes
ſunt Medicis, ſed σπερματικαί. Appel-
lantur enim αἱματικαί, quæ ex ſan-
guine, qui in venis fœtus vehitur, or-
tum ducunt.

Hujus ſanguinis προσχεύματα hæc neq;
ſunt, neq; eſſe omnino poſſunt, ſed
quod habent αἱματικὸν, id aſſumpſere
ex ſanguine materno, quo aluntur ſe-
mina, ut hac de cauſa ſanguis ille in-
ter ſemina referri poſſit.

Atq; hinc eſt, quod σπλάγχνα, id eſt, viſ-
cera hæc carnis modo ſanguinei ali-
quid coloris habent, cum ceteræ par-
tes σπερματικαὶ omne, albæ ſint, & o-
riginis ſuæ colorem repræſentent.

Τὸ προοίμιον σπερματικῶς ἔχει τὰ τῆς ἀποδεί-
ξεως, id eſt ex cauſæ ſtatu ſumptum eſt
ex viſceribus cauſæ ſeu controverſiæ
ſeu negotii tractum eſt, ex re ipſa
ſumptum eſt exordium.

Σποράδες, Sporades.

1. Ariſtoteli 1. Meteor. cap. 8. & 9. Spo-
rades (ἀπὸ τοῦ σπείρειν, à eminando) ſunt
ſtellæ ἄτακτοι, id eſt absq; ullo ordine

 diſpe-

dispersæ, ita ut unum aliquod licet collectæ fuerint, signum conspicuum vel sidus alicujus momēti constituere non possint. Ea propter nec sitū, (θέσιν) nec numerum earum Astrologi servârunt, neq; nomina propria iis indiderunt, sed communi denominatione, cum certam figuram non repræsentarent, τῶν σποράδων notaverunt. Thom. Jordan. Medicus tract. 1.c.1.de Phænom. Pestis. Opponuntur his, ἀστέρες ἀστέρες ἀστρόθετοι, seu ἐν θέσει in certo cœli positu. Al. sidera & astra.

Stellæ
- bnominius insignitæ
- ἀνώνυμοι

Distinctio hæc est Arati.

2. Cosmographis Sporades insulæ sunt quæ mari Cretico & Ægeo includūtur, ut sunt Cyclades circa Delum. Ita dictæ quod disiectæ & absq; ullo ordine positæ essent.

3. Medicis venæ Sporades dicuntur venæ magnæ bifurcatæ circa inguina & utrumq; femur illinc ad crura & pedes descendentes, quædam propagines inordinatè cutē permeantes, sic dictæ quod modicis intervallis dissitæ & sparsæ sint.

4. Νόσοι σποράδες, morbi Sporadia seu σποράδην, hoc est, sparsim vagantes, Medicis sunt dissimiles, qui privatim singulos, non universum infestant populum, & quovis anni tempore nunc hos modò illos affligunt, cujus generis sunt pleuritides, peripneumoniæ, anginæ renum vesicæque calculi, ophthalmiæ, tabes. Hi enim cum οὐχ ὁμογενεῖς sed dissimiles inter se sint, diversa corporis loca occupant, è differentibus causis oriuntur, varios & diversos quovis anni tempore, quavis regione, qualibet temporum con-

stitutione prehendūt. Thom. Jordan.

Morbi
- πάγκοινοι seu πάνδημοι, universales, cōmunes
  - Epidemii publici, ut pestilentes.
  - Endemii, vernaculi, Patrii ἐπιχώριοι, regionales ..., ut Lusitanis patria dicitur phthisis, Mediolanēsibus Podagra, ... Scorbutus.
- Sparsi, dispersi, Privati, Palantes, Palatim grassantes, ut Lippuda, Scabies, seu Psora, hydrops.

5. In Polit. Sporadica (σποραδικά) animantia sunt Solivagæ bestiæ seu animantia incivilia & solitaria, non gregalia: quibus opponuntur ... seu ἀγελαῖα. Arist. 1. Polit.

Σποράδην concepti sunt vulgò quæsiti, spurij, S. P. id est sine Patre, hoc est, incerto vel injusto patre nati. Vide Jurec.

Σπουδαῖος

1. Proprie est qui ornatus est virtute practica & in actionibus secundum virtutem assiduè versatur, nec est otiosus.

2. Communiter dicitur de eo, qui in qualibet animi facultate vel animali, vel vitali, vel naturali perfectus, vel quasi perfectus est. Animali quidem vel interna ratiocinandi, rec... imaginandi; vel externa ... & sensu. Virtutis enim ... ficatio etiam sæpè gener... etiam sapiens potest d...

3. Arist. est idem quod peritus & ex...

... Vide l.10.Eth.c.5.&chol. Zuing.

4. σπουδαῖον opponitur τῷ γελοίῳ, ludicro, jocoso, ridiculo, idemque est quod severum & grave, Arist.l.10.c.6 Vita beata ea esse videtur quæ ex virtute est. Atq; hæc in rebus gravibus, severis & seriis, non in ludo, neq; in joco posita est. ... ...

... σπουδάζειν interdum est res serias agere. Lambinus.

Στοιχεῖον.

Στοιχεῖον dicitur analogicè de significatis suis, teste Thoma Aqui. Analogicè, i. est, secundùm similitudinem seu convenientiam unius rationis formalis, quæ uni convenit primò & per se, aliis verò per analogiam ad illam ... & principaliter significat principium & causam materialem internam ejus, cujus est elementum, i.e. id, ex quo aliquid fit, sive sit remotum, ut materia prima, sive proximum, ut quatuor corpora simplicia. Itaq; est pars compositi, 1. Dicitur etiam forma στοιχεῖον, quia cum materia rem componit.

3. Dicitur στοιχεῖον quod primo secundùm situm cum alio rem compo... ... in figuris Geometricis con... ... lineæ dicuntur Elementa.

4. Quod secundum virtutem tant... non secundùm substantiam co... ... rem ingreditur: Itaq; ne... pars generi. Ita Cœlum dicitur ... mentum respectu eorum, quæ ... te ejus generantur.

5. Impropriè Genera & magis Un... salia dicuntur Elementa speci...

Στοιχηδόν.

... carmen artifi... est, quod secundum longitud... ... legitur, postea à superiore

l.10.Eth.c.5.&chol. Zving.
opponitur τοῦ γελοίου, ludi-
so, ridiculo, idemque est
rum & grave, Arist.l.10.c.6
ea esse videtur quæ ex vir-
tq; hæc in rebus gravibus,
seriis, non in ludo, neq; in
n est. Δοκεῖ δ᾽ ὁ εὐδαίμων βίος
εἶναι, οὗτος δὲ σπουδαῖος, ἀλλ᾽
.
interdum est res serias age-
ius.

στοιχεῖον.

ur analogicè de significa-
te Thoma Aqui. Analogi-
cundùm similitudinem seu
ntiam unius rationis for-
e uni convenit primò & per
tò per analogiam ad illam.
rincipaliter significat prin-
e causam materialem inter-
, cujus est elementum, i.e. est
o aliquid fit, sive sit remo-
materia prima, sive proxi-
quatuor corpora simplicia.
pars compositi, 2. Dicitur
orma στοιχεῖον, quia cum mate-
componit.
στοιχεῖον quod primo secun-
am cum alio rem componit.
guris Geometricis constitu-
neæ dicuntur Elementa.
secundum virtutem tantùm,
cundùm substantiam consti-
rem ingreditur: Itaq; non est
niti. Ita Cœlum dicitur Ele-
n respectu eorum, quæ virtu-
generantur.
priè Genera & magis Univer-
icuntur Elementa specierum.

στιχοδίλεκτον.

ecticum carmen artificiosum
d secundum longitudiné te-
gitur, postea à superiore dictio-

ne descendendo ad inferiorem usque per quasq; inter medias dictiones. In eo observetur ut quæ dictio fuit secunda, tertia, quarta, quinta, sexta, eadem sit secunda, 3tia, 4ta, 5ta, sexta, in initio semper carminis. Nomen habet à στίχος, id est, versus & δὶς, id est, bis, & λέγω, id est scribo vel dico: Exemplum.

Christus delitiæ, pax cordis, gloria mentis
Delitiæ regum, potus fons, dulcis imago,
Pax pot⁹ prudētia jugis vita potestas
Cordis fons jugis, proles æternaq; patris
Gloria Dulcis, vita æternaq; fulgida porta
Mentis imago potestas patris porta suprema

συγγνώμη.

συγγνώμη 1. significat veniam qua peccato ignoscitur. 2. Voluntatem veniæ dandæ. 3. moderationem seu concessionem ex æquo & bono. In hac significatione accipitur à Paulo 1. ad Cor. 7. v. 6. qui conversus est sic. Hoc autem dico ex concessione, non ex imperio. Ἔχειν συγγνώμην est veniam dare seu ignoscere; alias συγγινώσκειν. συγγνωμονικὸς Arist. in Eth. l. 6. idem est quod promptus ad ignoscendum, c. 11. Συγγνώμη est sententia (Zanch. de sponsal.) ad judicandum ex æquo & bono apta accommodataq;.

συγκοπή, Syncope.

1. Syncope Poëtica & oratoria de medio tollit, quod Epenthesis auget, ut decrêrunt, pro decreverunt; Repostum pro Repositum. Hæc figura rectius diceretur Mesocope (μεσοκοπή.)
2. Est & Musica quædam Syncopatio, quæ spectat ad temporis perfecti diminutionem, de qua nonnulli præcipiunt in doctrina de perfectione & imperfectione notarum. Faciunt eam Poetici Musici ratione temporis, cum minor nota ultra aliquot

majores notas deducitur adnotam usq; sibi respondentem. Vide exempl. in Pract. Mus. Joh. Zangeri Oenipontani.

3. In Pathologia Syncopa est animæ deliquium seu defectio & præceps virium lapsus. Suffocatur hic cor interdum. Hæc varias habere potest causas. Nam quandoq; sequitur ad nimiam plenitudinem, ad vacuationem & inediam immodicam, ad animi πάθη immoderata & atrocia, ad qualitatem occultam, quandoq; ad venenatam: Deniq; ad quamcunq; intemperiem in corde ὑπὲρ μέτρον, i. e. excedentem.

4. In eadem doctrina occurrit & alia συγκοπὴ, quæ appellatur Stomachica, eò quòd oboriatur propter graves affectiones Stomachi seu orificii ventriculi, quod vicinum est & quasi oppositum cordi, & propter multos nervos exquisitum habet sensum, ut cum inflammatur, cum vellicatur & mordetur ab acribus aut malignis sive humoribus sive vaporibus.

σύγκρασις Syncrasis, Syncrisis, metacrisis. Idio-Syncrasia, Idio Syncrisia.

Syncrasis στοιχείων elementorum est temperies, ut quæritur, an omnium actionum causæ proficiscantur ab Elementorum Crasi. Complexionem etiam vulgò vocant, id est, συμπλοκὴν qualitatum. Fernelius discernit ab ea proprietatem abditam seu occultam, seu propriam rei naturam indolemq;. Hæc est Fernelio ἰδιοσυγκρισίας, qua voce usus est lib. 4 de Methodo, vel ἰδιοσύγκρισις, & nonnullos morbos ait esse totius formæ seu substantiæ. Fracanzarius Vicentinus occultarum proprietatum, & totius substantiæ nominibus rejectis Innominatam seu occultam Temperiem nonnullorum morborum causam esse sentit. Talis temperies Græcè dici potest ἰδιοσυγκρασία, id est, propria coeuntium qualitatum temperies. Chymici ἰδιότητας seu proprietates & conditiones corporum vocant, quæ vel sunt in sale, vel in Sulphure, vel in Mercurio. Sic in Idea Med. [illegible] Petrus Sever. Danus. Nulla est constans proprietas ullius corporis, [illegible] non vel in sale vel Sulphure vel Mercurio deprehendatur: (Oleitas rerum in omnibus sulphur est.) Et: Diu multumq; de opio dubitatum est, qua ratione in tanta amaritudine stupefaciendi vis excelleret. Nos substantiarum facta separatione sulphur [illegible] oleosum quippiam deprehendimus planè narcoticum. Ejusdem naturæ sulphura antea conspexeramus eadem industria in multis naturæ partibus, in vitriolo, nitro, salibus ferè omnibus, in sulphure vulgari, [illegible] herbis plurimis. Itaque nec calori, nec frigori, nec humiditati, nec siccitati, nec tenuitati, nec crassitiei hanc opii proprietatem seu ἰδιότητα asscripsimus, sed tali corpori, id [illegible] Sulphuri narcotico. Manifesta hæc est proprietas, facta artificio[illegible] corporum analysi seu anatomia [illegible] separatione, ante hanc propter compositionem occulta & occultata. Hac ipsa etiam in opio Sal quoddam diaphoreticum, (id est, Sudoris expulsivum) deprehendimus, qu[illegible] subtili resolutione penetrando sudores movet, cujus similitudinem in multis partibus similiter demonstrare possumus. Hæ proprietates ab [illegible] essentia vel ejus crasi fluunt non [illegible] stunt ex congressu & mixtione Elementorum Chymicis. Hier[illegible] Wolfius vocem ἰδιοσυγκρασίας [illegible]

[illegible] ad animum. In Commentar. in Offic. Cicer. Hominibus universis personam imposuit ipsa natura ma[illegible] cum excellentia præstantiaq; [illegible]mantium reliquorum. Hæc non [illegible] est quàm generale decorum potest dici [illegible] & [illegible]) Altera est persona, quæ propriè singulis est tributa: Ut & in corporibus & formis magnæ sunt dissimilitudines. Hic Physicæ δυνάμεις & ἀδυναμίας [illegible] ἰδιότητας & ἰδιοσυγκρασίας continentur: Exempla peculiarium personarũ sunt vel viribus ad luctandũ vel ad cursum velocitate valere: in[illegible] esse formæ aut dignitatem aut venustatem. Et hæ sunt ἰδιότητες sive ἰδιοσυγκρασίαι corporum. In animis au[illegible] [illegible] peculiaria sunt. neq; communi[illegible] cum omnibus, multus lepos, sin[illegible] [illegible] severitas, multa hilaritas, In[illegible] numerabiles deniq; sunt & aliæ di[illegible] similitudines naturæ morumq; m[illegible] minè tamen vituperandorum. H[illegible] sunt ἰδιότητες sive ἰδιοσυγκρασίαι ani[illegible] mi. Magis propriè dicerentur ἰδιοσυ[illegible] [illegible] vel ἰδιοσυγκρασίαι animi. Voc[illegible] ἰδιοσυγκρασίας usus etiam est in Pol[illegible] ticis & de Politicis Johannes Serr[illegible] [illegible] In Annotat ad 4. Plat. de Repu[illegible] Verba ejus sunt: Benè stabilita pue[illegible] [illegible] disciplina Plato negat esse nece[illegible] de singulis rebus leges condi, cum [illegible] [illegible] sit planè infinitum & [illegible] quoq; peculiarium institutorum [illegible] habitu, vestitu, cibo) ἰδιοσυγκρ[illegible] omnibus accommodari tempori[illegible] locis, personis, nec debeant nec [illegible] [illegible] Hic minùs rectè dixisset [illegible] [illegible] ἰδιοσυγκρασίας. Generalius [illegible] licet nomen est ἰδιοσυγκρισία, S[illegible] [illegible] ἰδιοσυγκρασία. Idem in ex[illegible] 9. de Legibus. Non omnia le[illegible] comprehendi possunt sed mul[illegible] judicis sive prætoris arbitrio[illegible]

num. In Commentar. in
r. Hominibus universis
mposuit ipsa natura ma-
xcellentia præstantiaq;
n reliquorum. Hæc non
uàm generale decorum
κοινοτεξοπία & κοινοκρασία)
ersona, quæ propriè sin-
puta: Ut & in corporibus
agnæ sunt dissimilitudi-
ysicæ δυνάμεις & ἀδυναμίαι
ίαι & ἰδιοσυγκρασίαι con-
cempla peculiarium per-
t vel viribus ad luctandū
m velocitate valere: in-
aut dignitatem aut venu-
æ sunt ἰδιοτεξοπίαι sive ἰδιο-
corporum. In animis au-
aria sunt. neq; communia
bus, multus lepos, sin-
eritas, multa hilaritas, In-
les deniq; sunt & aliæ dis-
nes naturæ morumq; mi-
en vituperandorum. Hæ
ξοπίαι sive ἰδιοσυγκρασίαι ani-
s propriè dicerentur ἰδιοσυ-
l ἰδιοσυγκρίσεις animi. Voce
σίας usus etiam est in Poli-
e Politicis Johannes Serra-
nnotat ad 4. Plat. de Repub.
us sunt: Benè stabilita pueri-
ina Plato negat esse necesse
is rebus leges condi, cum id
sit planè infinitum & illæ
eculiarium institutorum (de
vestitu, cibo) ἰδιοσυγκρισίας
s accommodari temporibus,
sonis, nec debeant nec pos-
le minùs rectè dixisset Ser-
οσυγκρασίας. Generalius sci-
men est ἰδιοσυγκρισία, Speci-
οσυγκρασία. Idem in expl. lib.
gibus. Non omnia legibus
hendi possunt sed multa sunt
sive prætoris arbitrio relin-

quenda ut est omnis de facto tractatio, quæ tota ἐν ἰδιοσυγκρισίᾳ judicis versatur. Et judex legislatoris leges ad facta applicabit atq; accommodabit, factorum circumstantias prudenter & sobriè notabit & ex illa factorum ἰδιοσυγκρισίᾳ ex legum præscripto & mandato describet sententias.

Explicatio.

Differunt ἰδιοσυγκρασία & ἰδιοσυγκρισία, ut σύγκρασις & σύγκρισις, sicut Genus & species. Hæc enim vox illâ est generalior. Illa propriè significat propriam diversarum naturarum crasin: Hæc verò notionem & propriam naturam concretionemvé & constitutionem cujuslibet.

Ita proprietas vel differentia individuans seu individuifica potest dici Individua ἰδιοσύγκρισις. Sic συγκρίματα Græcis sunt miscellæ qualibet. Μετασύγκρισις est instauratio vel mutatio habitus seu status corporis præter naturā se habentis. Hinc Pharmaca μετασυγκριτικά, id est, Recorporativa ut loquitur Cælius Aurelianus. Objectio. Non legitur usquiam συγκρασία. σύγκρισια. Ergo nec potest dici ἰδιοσυγκρασία aut ἰδιοσυγκρισία. R. Neganda est consecutio & danda ἔνστασις; Etsi enim Græci non dicant πραξία, πραγία, tamen apud Græcos utrumq; est ἰδιοπραξία, ἰδιοπραγία. Tanta est vis compositionis. Vox ἰδιοσυγκρασία bis legitur in Method. Θεραπευτ. Galeni. quæ loca mihi monstravit D. Johan. Hartmann. Coll. vir ἰατρικώτατος. Sic aliud est ἐπίκρασις, aliud ἐπίκρισις. Epicrasis medicorum filijs est temperatio quædam pravorum humorum in corpore, quæ fit paulatim & sensim per aphæresin vitiosorum succorum, & prosthesin bonorum; quæ Græcis πρόσθεσις est. Epicrisis verò significat approbationem, confirmationem, adjudicationem, discreti-

creti-

vretionem, dignotionem, vox Logica, Physica & Politica.

Libr.3.cap.13 Locor. Com. Francisc Valeriola pag.713. definit ἰδιοσυγκρισίαν propriam qualitatem, qua ad aliquid unum vel naturali appetitu movemur, ut amplectamur, vel naturali odio refugimus, ut abhorreamus. Ex hoc loco patet Valeriolam ἰδιοσυγκρισίαν subycere συμπάθειαν & ἀντιπάθειαν occultas rerũ inter se invicem consensiones & discordias. Sicut & ex illis, quæ sequuntur: Quam hominúm aliam atq; aliam proprietatem in rerum delectu Greci ἰδιοσυγκρισίαν vocant: Hæc efficit, ut alius bubulam, suillam alius impensè amet, vel extremè oderit. Ad hunc locum deduxit nos D Vechnerius. Theod. Zwing. in Medic Physiolog. Temperatura est manifesta sensui & rationi vel occulta, eaq; vel sensui vel rationi vel utriq;, ut pleraq; partium temperaturæ, quarum ἰδιοσυγκρισίαν solus Deus novit, teste Galen Confusam tantùm notionem de ea habet homo.

συζυγία.

συζυγία in Polit. est conjugium, societas. (Hinc συζυγοῦς conjuges) ordinum instructorum in acie conjunctio.

In Phys. est conjunctio contrariorum vel qualitatum inter se dissidentium.

In Logica συζυγία seu ὁμοζυγία conjugatio est verborum ortorum ab uno, quæ variè commutantur.

In Poetica συζυγία est pedum duplicitas, ut συζυγία jambica est duplex Jambus ∪-∪- quæ alias dicitur Dipodia & Tautopodia. Interdum tamen συζυγία distinguitur contra Dipodiam, ut Dipodia sit cum idem pes geminatur, ut Jambus, qui tunc dicitur Dijãbus. Syzygia verò cum conjunguntur duo contrarij, ut trocheus seu choreus & Jambus -∪ ∪- Dicitur Choriambus.

Sympathia συμπάθεια, συμπαθής.

Compassio & compassum scholasticorũ sunt. Ab his Scal. & alij latinitatis studiosi abhorrent & malunt vocem consensus, cognationis, convenientiæ-vè naturæ, naturæ duorum c... ationem; ut etiam in unum conveniãt. Sed hæc significatio est spec... or & φυσικωτέρα, respiciens ... Ἀντιπάθεια (naturæ repugna... accipitur in Responsione ad ... onem istam; Quomodo Cor à ... tijs affici in affectibus posse? R... Id propter συμπάθειαν hic cordis & ce... rebri, quæ est vel à nervo ... p... qui à sexto pari nervorum cereb... cor pertinet, vel à spirituum ... nicatione, vel quòd sedes vi ... ut sit hæc συμπάθεια inexpl... Cor autem à notitijs affectum ... affectionem per spiritus cerebro ... dit, ut per nervos totum corpus ... percipiat & cordis motibus affi... tur, retaliatione quadam.

Aliàs, ut in Ethic. significat συμπ... commiserationem, societa... κοινωνίαν doloris, vel sen... incommodorum, pro qua q... condolentiam dixerunt, quod ... catiores respuunt. Vide vocem ... χία.

συμβαίνειν *accidit.*

συμβέβηκε 1. Propriè est, con... accidens est; ut hoc ex eo ... quod illi causam sciunt ... Aristot. 1. Metaphys. c. ...

2. Impropriè, idem est ... ut Aristoteles ibidem Soc... ut homo sit. Ergo ... bus accidunt universa... Re... Accidere hic dicitur A... ita cõvenit subject... à subjecto disti[n]guatu[r] ...

accidunt, id est, conveniunt univer- salia.

Sic ut Fonseca etiam in captione accidentis Arist. accepit nomen accidentis nempe pro prædicato quod modo aliquo diversum est à subjecto, cu[i] verè convenit, & in hac enunciati[o]ne Homo est animal, cui opponi[t] illam, vestis est indumentum, lib. 8 Dialect. c. 10. sed hanc improprietatem seu ἔχρην nolim te imitari.

σύμβολον

Symboli vocem Scaliger lib. 1. de ca[usis] L. Latin. cap. 20. accipit, p[ro] communi quadam re multis. Ve[r]... sunt. Mutatio literæ est parte in... lum, vel manifesta, vel occulta p... us alterius abolitio, assumptioq; ... trarei, neque enim mutaretur ... symbolo. Apello nunc symbol[um] quod Philosophi communem qu[an]dam rem à natura collatam

Physici, facilius, dicuntur transmu[tari] ea, quæ habent symbolum, id est, ... habent inter se cognationem; ... Grammaticis dici potest mutari ... lementa, quæ habent inter se co[gna]tionem, quæ est aut generica, ... vocalis in vocalem, consonan[tis in] consonantem; aut quæ secu[ndum] speciem fit, ut est certæ vocalis ... tam.

Symbola accipiuntur pro dictis ... magni viri semper habent in ... ut quasi sua faciant.

Accipiuntur etiam pro Indicij[s] ... ficantib[us] (animo aliquid, ut ... tur, intimantibus) Medico ... prudentia in deliberando, & ... tia in operando. Horum ... veteres symbolicè voluerũt ... te, cum Gallum vigilanti[æ] ... nimal & serpentem prude[ntiæ sym]bolum Æscula pro Medic...

t, id est, conveniunt univer-

seca etiam in captione acci-
rist. accepit nomen acciden-
e pro prædicato quod modo
diversum est à subjecto, cui
venit, & in hac enunciati-
mo est animal, cui opponit
estis est indumentum, lib. 8,
. c. 10. sed hanc improprieta-
ξχεσιν nolim te imitari.

σύμβολον

vocem Scaliger lib. 1. de cau-
Latin. cap. 20. accipit, pro
uni quadam re multis. Verba
t. Mutatio literę est parte inco-
vel manifesta, vel occulta par-
tius abolitio, assumptioq; ex-
, neque enim mutaretur sine
lo. Apello nunc symbolum
Philosophi communem quan-
em à natura collatam
facilius, dicuntur transmutari
e habent symbolum, id est, quæ
t inter se cognationem; ita in
maticis dici potest mutari ea e-
ta, quæ habent inter se cogna-
m, quæ est aut generica, ut est
is in vocalem, consonantis in
nantem; aut quæ secundum
em fit, ut est certæ vocalis in cer-

a accipiuntur pro dictis, quæ
ni viri semper habent in ore, ita
asi sua faciant.
untur etiam pro Indicijs signi-
tib° (animo aliquid, ut loquun-
intimantibus) Medico opus est
entia in deliberando, & diligen-
n operando. Horum utrumque
res symbolicè voluerũt ostende-
cum Gallum vigilantissimum a-
al & serpentem prudentiæ sym-
am Æscula pio Medico tum fe-

rè patri sacrum finxerunt. (Hic symbolum menti aliquid subjicit, seu insinuat)

È Barbarorum, Physicorum schola profectum: Lat: In qualitate convenire seu communicare.

Canon.

Facilior est transitus ab uno symbolizantium in alterum ut facilius fit ex igni aër, quam aqua. Aqua & terra symbolissant, id est, inter se conveniunt in frigido.

συμπληρωματικῶς.

συμπληρωματικῶς significat idem, quod Scholasticis complete universaliter, eiq; opponitur διαιρετικῶς, ut *Multis* impropriè accipitur *pro omnibus*: *Vel singulis individuis*, nullo excepto, ut essentia per se multis (id est toti multitudini individuorum) individuis ejusdem speciei κοινὴ est: propriè vero διαιρετικῶς pro quibusdam.

In Matthæo, qui pro multis effunditur, accipitur διαιρετικῶς pro multis, id est pro electis, seu verè credentibus, pro omnibus n. fusus est sanguis Christi, quod ad ἱκανότητα seu sufficientiam attinet, ratione servatoris, ut cujus passio idonea sit ad servandum & liberandum omnes, modo eam per veram vivamq; sibi applicent fidem; Sed pro solis electis vereq; credentibus effusus est, quod attinet ad efficientiam, seu beatitudinis consecutionem. Ideò non ait pro omnibus, sed pro multis. Hæc Patrum & Scholasticorum sententia est, cui libenter annuo.

συμπλοκή, πλοκή.

Symploce 1. significat complicationem seu copulationem; rerum ejusdem generis, vel diversarum, sive benè, sivè malè cohæreant.

2. Congressum seu conflictum sive is sit hostilis, sive Venereus,

3 Est figura Rhetorica, in qua idem sonus in principio & fine repetitur. Romanus Aquila inquit, est figura sæpius ab una parte orationis incipiens, & toties in unum eandémq; desinens: Ut Quis legem tulit? Rullus. Quis tribus sortitus est? Rullus.

Quidam vocant ἐπανάληψιν, quæ vox sonat resumptionem.

Elegans exemplum Symploces in his versiculis Jambicis Trimetris seu senariis.

ὁ πολλὰ πράττων { πολλὰ καὶ ἁμαρτάνει / πολλὰ καὶ λύπας ἔχει

Qui multa aget { Peccabit idem sæpius. / Dolebit idem sæpius:

At Ploce πλοκὴ repetitionis species est Rhetoribus, in qua posterius est prioris quædam descriptio, Ut; in hoc tumultu Consul erat consul, id est erat vir, erat fortis & constans, qualem decet esse consulem. Ad illum diem Memmius erat Memmius. Hic subjecto persona, prædicato qualitas significatur. Deus est Deus (id est, pater) Abrahami. Homo matutinis horis totus est homo, ait Erasmus Roterodamus. Iteratio hæc Emphatica est.

συμπράττειν.

συμπράττειν idem est quod συνεργεῖν, id est adjuvare. Adjuvare autem & auxiliari multi putant, sed errore magno, esse synonyma. Adjuvare est alteri in servire & operam dare. Sic dicimus Aliquem sua opera adjuvare. Auxiliari seu auxilium ferre dicimur ei, qui versatur in periculo, aut cui adversi aliquid accidit: Adjuvare autem etiã eum, cujus res sunt valdè secundæ: Auxiliari ei dicimur, qui ab altero opprimitur, aut oppugnatur: Adjuvare a. etiã eum, qui alterũ oppugnat. Ter. in Eunuch. Faciã [illegible] bo operam, adjuvabo. In Phorm. Fortes fortuna adjuvat. Cic. off. 3. Quis est habendus is, qui non modò non repellit, sed etiam adjuvat injuriam? (Hic non rectè diceretur, auxilium fert injuriæ) pro Quint. Non ad mendacium obtinendum: Sed ad verum probandum veritatem adjuvare. Pro Archia: Literæ ad percipiendam colendámq; virtutem adjuvant. 1. off. Vicinũ potius adjuveris in frugib' percipiẽdis, quàm aut fratrẽ aut fam[iliarem]. &c. Gloria in rebus maioribus administrandis adjuvat plurimum. Ibidem: In ijs, qui se adjuvari volunt, non ut ne affligantur, sed ut ad altiorem gradum ascendant, restricti omino nullo modo esse debemus. In his exemplis Auxiliandi verbum nõ rectè adhiberetur.

Ita aliud est Adjumentum quàm Auxilium, aliud Adjutorem esse, quàm auxilium ferre. Terent. In Psaltria emẽda hic adjutor fuit, id est συνεργός. Cic. Magno ad victoriam fuit adjumento Off. 2. Quos negat sine adjumentis hominum tantas res efficere p[otui]sse. Dion. Lambinus in 9. Eth. Arist.

Usus.

Lib. 3. cap. 11. de moribus dicitur, [illegible] συνεργεῖ fortibus. Quæritur An verto[n]dum cum Persenio sit, Ira fortibus subsidio est? Lambinus negat quod [συνερ]γεῖν non sit idem quod Lat[inum subsi]dio esse. Itaq; vertit Fortes [ira adju]vat, (id est causa est adjuvans [illegible] ad adeunda pericula [illegible]. Satis acutum: Aliud [illegible] præsidia periculis & adjume[nta] [illegible] bus quærenda sunt.

Συμπ͂ωμα.

ail. i. id est φ casus vel even-
rdū distinguunt à voce τύχη.
s n. dicunt cum quopiam ali-
nte & quod nihil ad rē quæ
it, faciat, extrinsecus quip-
citatum contingit: exempli
Te deambulante Solem defi-
ἀπότυχες verò, cum quopiam a-
gente alicuius rei gratia, ali-
eo actu præter propositum
, ut scrobem facientem ut ar-
ferat, thesaurum defossum
e. Interdum idem est quod ac-
lic Indorum Συμπ͂ωμα est ni-
ri sic Συμπ͂ωμα cursus lunaris
quium Solis. Aristoteles in lib.
atione & somno. Apud Me-
ifariam usurpatur; genera-
significat quicquid à natu-
u recedit, seu id omne quod
naturam in corpore accidit,
morbus & morbi causa inter-
tinetur. Specialim verò Me-
μπ͂ωμα significat πάθος seu
onem quæ propriè & immedi-
morbum consequitur, non
tq; umbra corpus, ita ut ubi-
Symptoma fuerit, necesse sit
m tanquam causam huius
fisse, sicut umbra nulla esse
nisi etiam sit corpus. Sic febris
s est, dolor capitis, sitis, vigi-
ptomata f. brevis ht. Pleuritis
is est, punctio & dolor intole-
Symptoma est.
gnit Galenus Συμπ͂ωματα ab ac-
e: vocat accidens quod conse-
rem aut Facultatē rectè ac na-
er se habentem, qualis est co-
ridus in puella sana, nigredo in
, bona cōcoctio in ventriculo;
tomata vocat, quæ ad partium
os accedunt seu adveniunt; ut
ppitudo in oculo, pallor faciei,

cruditas ventriculi. Sunt, & Medici qui Symptoma specialiter acceptum tribus modis accipi dicunt: Uno cōmunissime pro omni alteratione secundum aut præter naturam: sternutamentum, oscitatio, pandiculatio tremor in senibus, rigor, & qualitates mutatæ ex amore & alijs animi passionibus sunt naturalia accidentia, quæ etiam symptomata dicuntur. 2. Minus communiter pro omni eo, quod præter naturam homini accedit, sive morbus sit, sive causa, Symptoma in specie dictum, Ita Symptoma non est opus naturæ. 3. Specialiùs pro his accidentibus, quæ morbum sequuntur. Ita Symptoma est actio læsa à morbo. Defin. Mercati. Fatuitas est Symptoma in actione diminutæ facultatis Existimatricis, Galeno teste, & fit tunc Mercato, cum quis intelligit intelligenda, & parum de iis ratiocinatur. Oblivio Symptoma est in actione abolita vel deminuta memoriæ.

Aristoteles in l. de divinatione in somno usurpat Symptoma pro accidente seu eventu fortuito, qui nulla certa causa, sed casu, ac temerè videtur rem aliquam sequi; ut quædā somnia sunt Somptomata, i. e. accidētia eorū quæ fiunt & eveniunt; Cum ambulante aliquo Eclipsin patitur Sol, eclipsis illa est συμπ͂ωμα ambulationis, id est casu fortuito accidit ut tum Sol deficeret, cum homo ambularet. Contrà ambulatio etiam hominis est symptoma eclipseos Neq; n. eclipseos signum est ambulaturum hunc vel illum hominem ac multò minus causa. Siquidem nulla ratione necesse est deficiente Sole hominem ullum progredi, vel ambulare, vel ex scalis deorsum ruere. Memoria digna est sententia Aristotelis: διὰ τῶν συμπ͂ωμάτων

μάτων ἐδὲν ὅτι ἀεὶ γίνεται, ἀλλ' ὡς ἐπὶ τὸ πολύ. Nullum est Symptoma quod semper aut ut plurimum accidat.

σύμφυσις.

Symphysis est naturalis ossium unio, per quam ossa, quæ duo erant, continuantur & unũ fiunt. Articulatio est naturalis ossiũ structura, in qua duorũ ossium extrema sese tangunt, sic Hippocrates l. de loc. in hom: Quæcunq; ossa inter se committuntur, ea omnia articulos faciunt. Symphyseos igitur natura in continuitate, articulationis in contiguitate seu solo extremorum contactu consistit.

Symphysis Immediata est vel Mediata. Illa fit sine medio. Sic ossa, quæ mollia sunt & fungosa ἀμέσως (sine medio) coalescunt. Hæc verò fit cum medio. Sic coalescunt ossa sicciora & duriora. Medium coalitionis hîc triplex est, Ligamentum, Cartilago, Musculus.

συναγωγή.

In philosophia 1. συναγωγὴ est multorum in unum collectio. Opponitur διαίρεσιν seu ἀνάλυσιν, quæ unum in multa diducit seu resolvit. Interdum vocatur etiam γένεσις & σύνθεσις.

2. Significat conductionem, ut cum orator in unum conducit assumptionem complexionem ratiocinationis, συναγωγὴ dicitur. Exemplum habes in orat: pro Archia, & alibi. Valentinus Erythræus.

συνακόλουθα.

συνακόλουθα dicuntur connexa, vel consequentia. συνακολούθησις est cohærentia seu connexio: Ut mens non necessario assentitur cuilibet vero, nempe cujus cum primis principiis connexionem & συνακολούθησιν non cernit.

συναλοιφή, Compressio, Colisio.

Synalœphe Grammatica vox est. Est autem duarum vocalium aut diphthongorũ in unam vocalem aut diphthongum mutatio. Estq; vel simplex, vel composita. Simplex fit. 1. per Elisionem, ut ἐπ' ἐμὲ, pro ἐπὶ ἐμὲ, id est adversum me. 2. Per crasin, τὦμα, pro τὰ ἐμὰ, id est mea. 3. Per Synæresin seu contractionem, ut Νηρῇδες pro Νηρηΐδες, id est Nereides.

Composita fit 1. per Elisionem & Synæresin ut κἀγὼ pro καὶ ἐγὼ, & ego.

2. Per Elisionem & crasin, ut ἐμοὐπέδυνε pro ἐμοὶ ὑπέδυνε, id est, me subiit.

3. Per Crasin & Synæresin ὡπόλλων, pro ὁ ἀπόλλων, id est Æpolux.

4. Per Elisionem, Crasin, & Synæresin: Ut ἐν τᾔθιοπίᾳ, pro ἐν τῇ αἰθιοπίᾳ in Æthiopia.

Vocant figuram Scansionis, sed non semper est. Latini imitati sunt, ut græci ἀρετή. ἐστι pro ἀρετή ἐστι. Sic Latine Quid opu, st verbis: pro, quid opus est verbis?

Synizesin vocant, cum in dimensione duæ Syllabæ distinctæ positæ, pro una conjuncta, & quasi contracta syllaba sumuntur, ut apud Hesiod. ῥεῖα μὲν γὰρ βριάει pro ῥεῖα monosyll. apud Homerum χρυσέῳ ἀνὰ σκήπτρῳ. Hic χρυσέῳ dissyl.

συνάρχειν, unà regnare.

συνάρχειν alio modo dicitur in divinis seu Sancta Triade, aliter in rerum gubernatione & conservatione. Hoc est aliter συνάρχει θεῷ causa secunda, aliter filius seu λόγος Patri. Causæ secundæ dicuntur συνάρχειν causæ primæ, Deo, id est unà cum Deo obtinere imperium ὡς συνεργοὶ, & ὑπουργοὶ, id est causæ ministeriales. At λόγος dicitur patri συνάρχειν, ut patri ὁμοδύναμος. Itaq; filius Dei non est dicendus est instrumentum patris in gu-

Σ ante Υ

gubernatione mundi. Tres personæ quasi Sociæ in creando, sunt unum mundi, omniumq; rerum in eo efficiens.

συνδυασμός. Syndyasmus, συνδυάζειν.

Syndyasmus duo apud Aristotelem significat.

In Politicis copulationem seu Societatem duorum, qualis est conjugalis verè vel quasi.

In Physicis rerum naturalium, quæ consociari possunt, conjunctionem, u[t] cum dicit Aristoteles 2. de partibu[s] animal. c. 2. Sanguis est calidus pe[r] modum consociationis κατὰ τὸν συνδυασμόν. Hic συνδυασμὸς seu συνδύ[ασις] etiam interdum ab Aristotele d[icitur] μέθεξις participatio & ... cap. 3. Unde τῷ πάθει aliquid tale d[icitur] ... & per accidens, non autem ... Jacob. Schegk. ... Aristotele. Exempli causa, sangu[is] subjecto seu natura calidus non e[st] quia separatus ab eorum, in quib[us] habetur, natura citò refrigeratur, s[ed] per συνδυασμὸν (consociationem) pl... ad accidentariam (seu τῷ πάθει, id e[st] que per accidens. Ignem subjecto ... calidum esse, seu καθ' ἑαυτὸ ... sua que caliditate constat. ... rum verò vel aquam per acciden[s] Syndyasi seu μεθέξει (participa[tio]ne) seu caliditate ἐπικτήτῳ (acq[uisi]ta). Docet eodem loci Aristote[les] Quod natura tale est, id magis tal[e] quam id, quod τῷ συμβεβηκός per asso[ciati]onem tale est, ut magis calidu[m] φύσει & ἁπλῶς, natura calid[um] quam quod πάθει, & propter m... habet calorem ἀλλότριον (alie[num]) & ἐπίκτητον (ascititium) ut ... calidior est, quam ferrum, a... calida. Flavabilis ... calida ... sanguis μεθέξει quadam seu ... seu τῷ πάθει, Calidior igitur ...

e mundi. Tres personæ in creando, sunt unum iumq; rerum in eo effi-

yndyasmus, συνδύασις. o apud Aristotelem si-

alationem seu Societa-, qualis est conjugalis.

n naturalium; quæ con-t, conjunctionem, ut istoteles 2. de partibus Sanguis est calidus per sociationis κατὰ τέχνην c συνδυασμὸν, seu συνδύα-rdum ab Aristotele di-participatio & κοινωνία τῷ πάθει aliquid tale di-ccidens, non autem τῇ ἑαυτοῦ. Jacob. Schegk. ex xempli causa, sanguis natura calidus non est, us ab eorum, in quibus ura citò refrigeratur, sed ν (consociationem) pla-riam (seu τῷ πάθει, ideo-dens. Ignem subjectò seu n esse, seu καθ' ἑαυτὸν seu caliditate constat. Fer-l aquam per accidens, ex u μέθεξιν (participatio-ditate ἐπικτήτῳ (acquisi-eodem loci Aristoteles. a tale est, id magis tale esse od τῷ πάθει à per associati-t, ut magis calidum est; ἁπλῶς, natura calidum est πάθει, & propter materiā em ἀλλότριον (alienum) (ascititium) ut ignis quam ferrum, aut aquæ bilis φύσει calida est, sed ξιν quadam seu κοινωνίᾳ. Calidior igitur est flava bilis quam sanguis. Hæc communicatio Aristotelea κατὰ συνδύασιν, est communicatio κατ' ἐπιπλοκὴν quandam, ut ostendunt exempla Aristotelis & Interpretum: id qui negat, testatur se Aristotelis loca nunquam inspexisse. Qui igitur sit ei opposita? Nota tamen hic μέθεξιν etiam alia usurpari significatione ab Aristotele, nempe pro participatione definitionis, ut cum species recipit definitionem generis sui.

Porrò συνδύασις, quam hactenus declaravimus, conjunctorum hæc proprietas est, quod in ea non est eadem numero qualitas, sed specie.

Calor quo ignis calet, & calor, quo aqua calida est, non est unus numero, sed specie. Unum siquidem numero accidens subjectivè esse in duobus numero ac natura diversis, distinctisque δικτικῶς esse non potest. Idem judica de calore vicini, vel contigui, & calore sanguinis, quem ab eo accipit, & velut mutuatur.

Cum duo συνδυάζονται, quorum alter est frigidus, alter calidus, ita ut ille ab hoc incalescat, calor calefacientis, & calor patientis seu calefacti non est idem numero, sed specie. Cum calefacis manum propter ignem, calor qui in igne est, non est idem cum calore qui impressus est manui tuæ, etsi rectè dicatur manus tua esse particeps facta caloris ignis. Unguenti odore imbuitur testa, odor hic unguenti; & odor testæ non est idem numero, ut non est eadem numero lux, quæ est in lucerna accendente, & quæ est in candela ab illa accensa; id experientia patet magistra. Tolle enim unguentum odoratum è testa, odor nihilo secius unguento manet suus, testæ item suus. Amove manum ab igne, ignis calor in ipso manebit,

manebit etiam aliquantisper, calor impressus manui: separa situs tuum calidum à frigido alterius latere jam inde calefacto; tum tuus calor durabit in tuo latere, ut subjecto, manebit & ad tempus aliquod calor ex conjunctione impressus frigido per se lateri, ut subjecto. His adde, quod, cum calor suus & externus differant intentione & remissione (unus enim altero major est) unus numero esse non potest. Theologi in disputatione de Persona Christi συνδυασμὸν & συνδυασμὸν κατ' ἐξοχὴν accipiunt de unione seu copulatione hypostatica τοῦ λόγου & carnis, ac disputant essentialia Deitatis Idiomata carni assumptæ communicari κατὰ συνδυασμὸν, copulationem cum subjecto, in quo insunt.

Collatio.

Ab Aristotele l. 2. de partibus animal. cap. 2. & 3. dicitur proprietas ignis esse calidum sed hæc συνδυάζεται cum aqua & ferro Et calidum natura sanguinis communicatur. Verùm hujus generis συνδυασμὸς ac communicatio non est, unio & κοινωνία Hypostatica. (etsi hæc revera & quidem eminenter sit συνδυασμὸς) Quis enim orthodoxè & consentaneè veritati dixerit, Divinitatis proprietates inesse assumptæ humanitati per accidens (ut sint ejus accidentia? Quis rectè dixerit Deitatem esse magis omnipræsentem. humanitatem verò minus omnipræsentem deitate? Aristoteles 3 de partibus 2 c. ait sanguinem quodammodo esse per se calidum quodammodo non: Caliditatem inesse in sanguinis ratione, quemadmodum albedo inest in ratione hominis albi Quis autem dixerit, carnem Christi esse quodammodo per se omnipotentem, & quodammodo non? omnipotentiam esse in ratione carnis Christi, ut albedo est in definitione hominis albi, & caliditas in [illegible] ignis? Calor in aqua & ferro specie unum est sed numero diversus ab igneo, atque & differt ab eo, ut effectum a causa [illegible] principio [illegible]. Sed quis [illegible] carnem ita esse à Deitate factam [illegible] potentem, & omnipræsentem, ut Deitatis seu λόγου & humanitatis omnipræsentia & omnipotentia sit specie eadem numero diversa? Novi enim calor ab igne effectus & introductus [illegible] ferrum alteratione in ferro, ut in [subje]cto inhæret. & ita facit ferrum [ca]lidum. At omnipotentia & omnipræsentia non inest in carne ut forma [essen]tialis vel accidentalis, & ita [illegible] non facit omnipotentem & omnipræsentem ἐν αὐτῷ.

Συνδεδυασμένον.

1\. Συνδεδυασμένον generatim est, [illegible] id est, aliquid in aliquo, seu [a]liquid in aliquo (ut subject[um] [illegible] catur, seu quo subjectum & [illegible] πάθος significatur: Seu quod [illegible] tat subjectum: ut album: quod [illegible] notat cygnũ: nigrum, q[uod] [illegible] tat Æthiopem: Dicitur & [illegible] (id est denominatum) & [illegible]

2\. Συνδυαζόμενον speciatim dicitur q[uod] subiecto alicui substantiæ per [illegible] secundo modo, ut simum [illegible] & masculinum animal [illegible] Aristoteles 5 Metaphys. [illegible] rell. cont. Cæsalp

Interdum συνδεδυασμένα vo[ca]b[u]la Paronyma reponuntur [illegible] mento subiecti. Ut Ve[ntus] [illegible] stantia cum sit aer certa q[uadam] [illegible] sa agitatus.

3\. totum ex multis integratum [illegible] [illegible] nonnunquam [illegible] [illegible] sunt C[illegible] gio, Astrum, Classis quæ [illegible]

[illegible] per accidens: quorum unumquodq; ex suis partibus integralibus [illegible] esse constitutum Vid: Schegk. in 6. Topic. l. 79. Idem Schegkius Mare vocat συνδυαζόμενον nomen, quia est aqua aliquid perpessa 5. Top. l. 17. Est enim aqua salsa.

Synecticon [illegible]

[illegible] est commune ad unum: primo tribuitur causæ naturali, secundo [illegible].

[illegible] potest causa eorum effectuum, qui ita pendent à causa, ut non durent effectus, cum causa tollitur, ut morbus est [illegible] Sympomatis. Pleuritis est [illegible] ejus febris. A [illegible] his dicitur consummata seu [illegible] effectus. [illegible] causa morbi est, qu[a] præsente morb[us] adest, & qua sublata dissolvitur: Sic dicta, quia essentiam morbi, qui est διάθεσις quædam in animalis corpore illius primò lædens actiones, continet [illegible] dicta conjuncta.

Aliquando reipsa distingui possunt hæc causa & effectum, ut causa morbi & morbus, & in tumore facto humor qui affluxit est causa conjuncta & immediata tumoris, sed non morbus ipse, qui est διάθεσις & formæ mu[ta]tio, calculus in urinæ meatibus [illegible] & [illegible] morbi ca[usa] [illegible], non morbus ipse aut Sympt[oma] [illegible] sanctarum actionum ca[usa] consummata est Spiritus Sanctus [illegible] est voluntas, quæ cœpit ren[illegible]

[Ali]quando [illegible] ita est in ra[tione] morbi intricatum, ut reipsa à mo[rbo] separari non possit, sed ratione [illegible] Et tunc quidam non cau[sam] sed morbum ipsum appellarunt [illegible] [illegible] gravius dicam, non est [illegible] & qui calculum m[orbum] appellat, obstructionem [illegible]

ens: quorum unum-
partibus integralibus
nstitutum Vid: Schegk.
79. Idem Schegkius
συνδυαζόμενον nomen,
iquid perpessa ς. Top.
qua falsa.

licon ἄλλον

une ad unum· prima-
usæ naturali, secun-
ῃ.
sa eorum effectuum,
t à causa, ut non du-
um causa tollitur, ut
νεκτικὸν Sympomatis.
νεκτικὸν ejus febris. A-
nsummata seu πλεκτικὴ
ὴ causa morbi est, qua
adest, & qua sublata
dicta, quia essentiam
διάθεσις quædam in a-
e illius primò lædens
net: ἐκ περιστάσεως dicta

distingui possunt hæc
um; ut causa morbi &
tumore facto humor,
st caussa conjuncta &
noris, sed non morbus
ἐνέργεια & formæ muta-
in urinæ meatibus est
μὲν αἴτιον morbi calcu-
us ipse aut Symptoma.
rum actionum causa
st Spiritus Sanctus, Cur-
itas, quæ cœpit renasci.
ν αἴτιον ita est in ratione
um, ut reipsa à morbo
possit, sed ratione tan-
quidam non causam,
sum appellarunt, quæ,
us dicam, non est artis
& qui calculum morbū
ructione seu impediti-

onem urinæ cum re obstruente, id est effectum cum causa, confundit, cum aliud sit ἄλλον ποιοῦν & aliud πασχόμενον seu effectum. Humorem autem qui morbum facit in eadem culpa est, & in hac insuper, quod morbum naturam seu substantiam facit, qui est vel ἕξις vel διάθεσις in corpore, vel continente, ut docet Hippocrates, cum humor nunquam morbus sit, ne putris quidem, & corruptissimus. Sic spasmus non est muscul⁹ convulsus, sed musculi convulsio. Ita vulnus nō est pars corporis dilacerata, sed partis corporis dilaceratio. Sic peccatum originis, non est natura hominis corrupta, sed naturæ corruptio. Quid multa? Substantia etiam corruptissima peccatum esse non potest, Peccatum enim est in bono ut in actione, vel in substantia.

Causæ febris putridæ sunt aquilones, & frigora constringentia, balneorumque constringentium usus, sed non sunt συνεκτικαὶ verum προκαταρκτικαὶ Causa febris putridæ est cutis astrictio & prohibita transpiratio: Ceterum non est συνεκτικὴ sed antecedens προηγουμένη. Continens autem causa est humor putrescens & accensus in venis. Hæc enim cum effecto suo semper est coniuncta. Προσεχεστάτη causa est coniunctissima & simpliciter proxima. Sic vocat Fernel. materiam primam. Synecticam causam præcedens dicitur προηγουμένη.

Synencliticum.

Synencliticæ dictiones dicuntur dictiones Encliticæ immediatè se invicem in oratione sequentes. In his semper ex una post alteram transfertur acutus in Syllabam antecedentem, excepta ultima, ut cum dico, παρά σοί ἐστιν ἐκεῖνος, In tua potestate est ille.

illa. Lucian. Ἀνθρωπὸς ὢς πάλαι μοι φυσᾶν σε οἰκείως χρῆσθαι τοῦ φιλόσοφου. Hic τις & ἐστὶν ἄτονα sunt, id est sine accentu.

σύνεσις.

σύνεσις in Ethic. Arist. 6. cap. 10. est intelligentia, unde συνετὸς, id est, intelligens: ἀσυνεσία contrà est stultitia sive stoliditas, tarditas, unde est ἀσύνετος, i.e. stolidus. Neque σύνεσις idẽ prorsus est quàm sciẽtia aut opinio, ἔστι ὅλως τὸ αὐτὸ ἐπιστήμη, ἢ δόξῃ, omnes enim essent intelligentes: neq; una aliqua ex scientiis singularibus: ut medicina (in cognitione enim rerum salubrium aut incuranda valetudine versaretur) aut geometria: (Nam in magnitudinibus esset occupata.) Neque enim hæc intelligentia earum rerũ est, quæ semper sunt, nunquamque moventur: Neque ullius earum, quæ oriuntur, sed earum de quibus dubitari & cõsultari potest. Quapropter in iisdem sanè in rebus in quibus & prudentia versatur; sed tamen nõ est idem intelligẽtia quàm prudẽtia, habet n. vim quãquã præcipiendi atq; imperandi prudentia (nam propositus ei finis est, quid agendum sit, aut non agendum) intelligentia autem judicandi solùm. Idem est enim intelligentia, quod εὐσυνεσία, id est, bona intelligentia (perspicientia,) Nã qui sunt intelligentes iidem quoq; sunt benè intelligentes. Præterea intelligentia nõ est neq; habere prudentiã neq; cõsequi: sed, ut id, quod propriè est discere, intelligere dicitur, cum videlicet docẽtis scientia aliquis utitur: sic & cum quis opinione ad id utitur; ut quęalio loquente iis de rebus, quarũ est prudentia, ipse judicet, ac probè quidem judicet (benè enim & probè εὖ & καλῶς idem sunt,) hinc natum est intelligentiæ nomen; Ex qua benè intelligentes appellantur; ex illa scilicet, quæ est in discendo, intelligentia. Sæpe namerò cum discendi verbum pro eo, quod est intelligere, usurpamus.

Iudicandi] In Græco est κριτικὴ μόνον.
Præcipiendi seu imperandi.] In Græco est φρόνησις ἐπιτακτική.
Discendi,] μανθάνειν pro συνιέναι.

σύνεσιν δύναμις ἑρμηνευτική valde exornat & augustam facit.

2. Talem seu constructionem seu anomaliam seu figuram sermonis, Turba ruunt, Docete omnes gentes baptizantes eos, Grammatici vocant σύνθεσιν minùs dextrè intelligẽtes q. Vocãda est σύνεσις i.e. intellectio quia intellectꝰ seu sensus hic spectatur, non vox. Baptizantes eos, quia gentes intelliguntur esse homines. Ad sensum, non ad vocẽ structura refertur. Alias dicitur Hyponæa. Pulmones etiã pro pulmone dicere σύνεσις i.e. intellectus est. Cic. ad Herenn. Græci vocant etiam aliquando Synecdochen.

συνεκδοχή.

Synecdoche alia est Locutionis (Al. Grammatica, alia Orationis, al. Rhetorica.

Syntactica Synecdoche est figura qua totum denominatur à parte. Seu qua quod partis est attribuitur toti. Eaq; vel integra: vel Elleptica, integra ut Elephas est curvus secundum dentes Elliptic: ut Elephas est curvus dentes. Hic Qualitas (curvitas [illegible] partis (dentis) attribuitur [illegible] phanti. Ideo comprehensio d[illegible] seu conceptio, qui simul cu[illegible] pars ponitur.

Rhetorica synecdoche tropus est [illegible] vel pars pro toto vel totum pro [illegible] ponitur.

συνθεσις.

nere est compositio. In spe-
ribus est apta & concinna
& verborum structura &
. Hæc vetat asperum ver-
oncursum, cavet ne quid
t in oratione. Logicis est
eu genesis, contraria ana-
extioni, vel est progressio
s ad principiata. Hippo-
nsitas & constrictio.
ci synthesin dicunt pro
ne, συνθετικῶς, cum apposi-
συνθεσις sæpe dicitur σύν-
αν à Joachim. Camerario.
θεσις, τὸ εὐαγγέλιον, quę do-
tatis est Evangelium. Apud
st.
titutū est. ἀπὸ συνθήματος est
uto. Alias composito Virg.
sito Liv. constitutò Cic.
Fest: de compacto Plaut: ex
Sueton. Interdum idem est
n symbolum, tessera, nota.
συνθηματικῶς est scribere per
æ interdum sunt arcanæ.

Synodus.

cipitur Politicè, Historicè &
micè. In Astronomica do-
e aspectibus σύνοδος est cùm
eodem loco Zodiaci conve-
atinè conjunctio In doctrina
& mensibus est interlunium
ilunium seu coitus lunæ, ut
r Plinius, quod tempus Varro
ermenstruum, à quo & luna
stris & intermestrua nomi-
una συνοδικὴ est Luna coïens,
tà Ficino, cùm in eodem si-
dem cum sole plagam obti-
u cum in eadem cœli parte &
signo soli subiicitur.
ica & historia Synodus est

prælium & conflictus *ein treffen*. In historia etiam est Concilium Comitia, conventus. Ibi synodi aut sunt Christianæ, aut Politicæ. Christianorum synodi duorum sunt generum. Aliæ sunt οἰκουμενικαὶ seu universales, cum congregantur è toto Christiano orbe Episcopi, vulgò statuuntur sex summæ authoritatis 1. Nicena, id est, Niceæ habita temporibus Cōstantini Magni cōtra Arrium 2. Constantinopolitana sub principe Gratiano contra Macedonium & Eudoxum. 3. conventus Ephesinus, Theodosio imperante, contra Nestorium. 4. Chalcedonius, imperante Martiano, contra Eutychem. 5. Bizantinus contra Theodorum, negantem Christi matrem esse Deiparam. Ultima Synodus etiam Bizantina contra Macarium Monothelitam. Sabellius & Platina. Aliæ sunt particulares, Unius nimirum alicujus regionis Episcoporum, hæ sunt nationales & provinciales ut Synodus apud Suessiones agitata contra Petrum Abailardum Philosophum, Philosophicis terminis res Theologicas efferentem, novasq; loquendi formales signantem fuit provincialis.

σοφίσης.

Olim 1. Sophistæ dicebantur Philosophi seu Philosophiæ Professores.

2. Deinde verò Rhetores. Ita igitur honesta appellatio est. Quo pertinet hoc Aristotelis 10. Ethic. Scientiam gubernandarum rerum publicarum Sophistæ profitentur, quorum nullus Rempub. gerit.

3. Postea abiit nomen in invidiam, ut Sophistæ dicerentur, & qui fictam ementitamq; quandam sapientiæ speciem ostentarent, qui inanibus captiunculis discipulos fatigarent, & præ-

Commiserari & condolere alicui, pro eo, quod Græcis est συμπαθεῖν id (quod barbari dicunt, compassionem cum aliquo habere) Latini esse non putantur. Sed commoveri alicujus rebus adversis, commoveri vel frangi misericordia alicujus, societatem doloris alicujus præ se ferre, affici sensu alicujus miseriæ, impertiri alicui misericordiam, adhibere misericordiam. Elegans est & hoc: Dulcedine societatis laborum & dolorum Christi affici. Gern wöllen mit frewden Christo das Creutz helffen tragen/ Et grata Voluntas (seu Pietas) societate ejus doloris ostenditur. Societate doloris luctus aliquem delenire, vel delenire, id est, mitigare. Sed ego phrasin, quæ sapit Græcismum in Philosopho non improbo, condolere afflictis, συναχθεσθαι ἀτυχοῦσι: Et amici condolent, id est, unà dolent.

Requiritur de congruo.

Requiritur, ut congruens, ut decens, non ut necessarium.

Confortare.

Confirmare, corroborare.

Consiliare.

Consultare, consilia conferre, deliberare.

Consilians causa.

Malo, causa consulens, etsi co[...] (à consilior) barbarum non sit

Con-

Consuetudinariè.

Ex consuetudine.

Consistere simul virtutes non possunt in nodum. Scotus.

Virtutes non sunt connexæ, complicatæ, conjunctæ inter se: non sunt colligatæ, ligatæ quasi in nodum, non conveniunt in nodo.

Consuescit liberos suos Pater. Poet.

Consuesco neutrum seu absolutum est. Non igitur, in prosa dico, parentes liberos suos sic consuescunt, sed assuefaciunt, usu docent. Lucret. lib. 6. Brachia consuescunt firmantq; lacertos, id est, consuefaciunt.

Contingibilia.

Utitur hac voce Hermol. Barb. Ego malo contiguat, quæ sub contactum cadunt.

Contumeliare.

Contumelia aliquem insequi, in aliquem invadere, contumeliam in aliquem jacere, verborum contumeliis, incesto ore aliquem lacerare. Cic. contumeliam imponere.

Contrapassum. Thom. Aquinas.

Pro Græco ἀντιπεπονθὸς, reciprocata perpessio, æqualis injuriæ vel damni compensatio.

Contrà alicui facere.

Ἀντιποιεῖν, par pari referre, id quod passus es, referre, Estque ἀντιποιεῖν vel εὖ, id est, bene, vel κακῶς id est, malè: ἀντιποιεῖν εὖ unà voce est ἀντευποιεῖν, id est, gratiam referre, gutes mit gutem vergelten/ sicut ἀντιποιεῖν κακῶς, id est, ἀντικακουργεῖν, (vicissim malè facere) böses mit bösem vergelten/ ἀντιμισθία est remuneratio, quæ barbaris recompensatio & recompensa. Vide Lambinum.

Contra facere.

Exprimere, assimilare, conformare.

Conversabilis.

Comis, natus ad consuetudinem, consociationem, conversationem: pleriq; solent vocare affabilem. Conversari enim pro versari unà cum aliquo seu semel vivere, multum esse cum aliquo: colere inter se alicubi, ut pulcrè loquitur Cicero, & conversatio consuetudinis vigore & usu latina sunt, etsi apud Cic. non inveniantur in hac significatione.

Lucianus συνῆς αὐτῷ, eras unà cum ipso, conversabaris cum ipso, σύνεστι τοῖς θεοῖς, cum diis conversatur, τοῖς βελτίστοις νεκρῶν σύνειμι, cum mortuorum optimis conversor, ut vertit Erasmus.

Coquibile.

Coctu facile, εὔεφθον.

Corellarium.

Pro Corellarium dic Corollarium à corolla: Scholasticus dicit corollariè ex his elicio: pro hoc tu dicito: Ex his deduco Corollarium seu consectarium.

Crampa.

Spasmus flatuosus, σπασμὸς φυσώδης: aliud est spasmus Cynicus, nempe oris distortio. Celsus.

Credentiarius.

Prægustator: Principis cibos prægustans.

Caciderunt.

Caciderunt contra Orthographiam augmenti est. Tu scribes ceciderunt

(id eſt verberarunt) ut prima ſit brevis, antepenultima longa. Chriſtus homo cecidit, quem pravus Apella cecidit.

Cucurbitare Dominum.

Cucurbitare Dominum: Barbarum ſeu Longobardicum eſt. Tu dices: cum uxore Domini concumbere, cum uxore Domini turpiter ludere. Sic pro cucurbitatione dices ſtupri illationem, turpem luſum, id eſt, pudicitiæ attentationem, alienarum nuptiarum ſolicitationem, manus in ſinum, ad pectus, ingremium immiſſionem, impudici denique & luxurioſi oſculi (quod libidinis incentivum ſeu ſuſcitabulum) infixionem. Longobard. Corbitam dicunt pro ſtupro ſeu infamia.

Cum ſeipſo diſſidet.
De diſſentiente Anima cum ſeipſa.
Lux ſe ipſa & cum ſe omnia demonſtrat. ipſa. Joh. Picus lib 3. c. 12.

Sic quidam magni etiam viri locuti ſunt: ſed nos conſuevimus ita loqui: Conveniet nulli, qui ſecum diſſidet ipſe. De diſſenſu animæ ſecum ipſius, ſeu, ipſius ſecum. Diſſidet à ſe ipſa anima, oratio ſecum ipſa conſentiens, ſecum ipſa omnia demonſtrat Lux.

Compilare pecunias.

Hæc obſervavit Eraſm. Roterod: Compilat, qui clam ſpoliat. Compilant ſervi dominos. Compilant ſcrinia mea. Neq; enim rectè dixeris, Compilant libros aut pecunias. Ærarium exhaurire, rempublicam compilare ait Cicero. Expilat populum qui exactionibus ſpoliat. Pro compilare librum, quod frequens eſt Scholaſticis, Crocus dicit, undiq; colligere, ac in unum condere, ſeu componere.

Sententia vel verba digna quæ in ſculpantur in rupe.

Digna, quæ ſtylo ferreo atq; plumbo in perpetuum in rupe inciderentur Job. cap. 19. Cedro digna notan; ſententia digna quæ notetur cedro, ut locutus eſt Buteo, quam phraſin Jacobus Peletarius linguæ alioquin elegantis & terſæ inconſideranter & iniquè reprehendit in diſquiſitionibus Geometricis hoc argumento quod Cedrus non ſit quoddam cretæ genus, ſed arbor. Nullum hoc argumentum eſt. Nam non ſolum creta verba dicitur ſcribi, ſed etiam cedro lini dicuntur. Horatius in arte Poetica: Speramus carmina fingi poſſe linenda cedro ejusmodi quæ digna ſunt ut ſucco cedri illinnantur. h. e. poſteritati commendentur. Modus hic loquendi ſumptus eſt à natura Cedri cujus merum ſucco res illitæ non ſentiunt cariem. Hâc enim arte Numæ libri chartacei ad annos perduraturum ſi Plinius lib. 13. cap. 13. cui & cedratum eſt quod Cedri ſucco illinitum, vel illitum eſt. A. Buteone etiam eſt illud Perſij: Digna loqui cedro, h. e. immortalitate. Celte latinum non eſt.

Clanculariè convenire.

Clàm ſeu clanculum convenire. Etſi enim clancularius ſit apud Martialem lib. 10. tamen adverbium videre reperitur. Dicitur & eleganter, Clandeſtinos cœtus agitare ex 12. tabul. qui & clandeſtinæ conventiones dicuntur quas Lex vetat.

Conſcio pro cognoſco.

Sic quidam legunt in Gellio; Ante meridiem cauſam conſcito, Sed A. Turnebus cōſcire cauſam, pro c[illegible]

re latinè dici non posse retur, vitiososq; codices Gellij arbitratur; Itaq; legit conjicito.

Contoralis.

Conjux, tori socia. Poëta dicit Tori consors & perpetuo sociata fœdere lecti.

Characterizare, Catholicissimus.

D. *Scholastici, imò & Patres veteres sæpè Græca efferunt formâ latinâ*, ut pro σκανδαλίζειν dicunt Scandalizare h. e. scandalum dare. Sic pro καθολικώτατος August. dicit Catholicissimus. De verbis Apostoli, Sermone de Baptismo Parvulorum. Fides *Catholicissima* est, Omnis generatus, damnatus, nemo liberatus, nisi regeneratus. Sic Scholastici dicunt *Characterizatum* pro signato, seu singulariter definito. Hieron. Zanchius lib. 2. de Incarnatione Filij Dei pag. 42. inquit: Humanam naturam à verbo assumptam in unitatem personæ sæpè vocavit hominem neq; ius naturam κοινῶς i. in communi & in abstracto, quatenus prædicatur ut species de singulis individuis, à se intelligi imaginetur. Sed quisq; sciat Patres & totam Ecclesiam de perfecta humana natura in Christo jam (ut Scholæ loquuntur) Characterizare, h. e. de certa anima, certoq; corpore in unitaté. Personæ à Christo assumptis loqui, seu de toto composito ex anima & corpore, quod in sola sustentatur Filij persona. Græci vocant naturam ἐν ἀτόμῳ id est in uno individuo existentem cum proprietatib. individualibus illud ab omnib. aliis discernentib. Cui opponitur, ut antè innui, κοινῶς id est secundum communem & omnib. individuis ejusdem speciei convenientem rationem. Utitur his vocibus Damascenus.

Consodalis.

Sodalis. Sic pro coæqualis dices æqualis.

Contentari barbarum.

Contentum esse (cum ablativo vel infinitivo) non recusare, acquiescere. Inerudit cótentantur superficie literæ. Johannes Piscatorius Lithopolitanus in August. pro contenti sunt. Sic Augustinus. Pigritia carnalis vel inerudita, vel inexercitata tarditas mentis contenta literarum superficie nihil putat interius (id est nullum spiritualem intellectum) requirendum. lib. 20. cap. 21. de Civit. Dei. Dicitur & pro cont: boni consulere.

Conficere.

Unà vel simul agere seu facere. Barbari etiam dicunt Concausare pro esse συναιτιον. Conficere Ciceroni esse efficere, alibi annotavimus.

Complexio pro qualitate.

Vocabulum complexio barbarum non est: sed barbarum esse videtur dicere complexionem pro συστάσει φυσικῇ id est naturali concretione, conformatione & constitutione corporis vel elementorum & qualitatum temperatione & crasei.

Coessentiatum animæ.

Essentiæ animæ inditum, vel insitum.

Coessentiatio.

Essentiarum conjunctio, συνουσίωσις, συνυπαρξις ἑνῶν.

Commater Compater.

Promater, propater ein Petter / ἀναδοχεύς, ἀνάδοχος, Susceptor infantis qui baptissatur Vulgo Matrima & Patrimus ut Hyginus voluit unum tantùm patrimum unamvé matrimam baptismo

Imo interesse. Nam aliud significant. Est enim patrimus, qui cum pater sit, ipse patrem adhuc habet. Idem de matrima dicendum. Propater esse volo, sed nolo compater esse (vel: sed compater esse recuso) Nicod. Frischl. ad D. Doct. Johannem Antrechtum Ill. Hass. princ. Guilielmi l. m. consiliarium jocabundus.

Consistere post montem, hinter dem berge halten.

Stare vel esse post principia, id est, post robustiores & principales milites: post hos est in acie locus tutissimus.

Cervicatus in Ecclesiastic. vers.

Rebellis, cervicosus, homo tumidis cervicibus, duræ cervicis hartneckig.

Contortuplicari Contortuplicatum. Plautinum.

Sunt qui repudient pro contortè plicare. Ego non repudio Funes sunt filis contortuplicati est autem verbum à contortum & duplico. D. Pisc.

Catholicissimus apud quosd. Scholast.

Catholicam fidem profitentibus seu Catholicis valde addictus.

Cryptoporticus.

Plinij Junioris hos nomen est μικτὸν, id est compositum ex græco & latino, pro quo dico subterranea porticus ein gang unter der Erden.

Coibili hac natura sunt. Hermolaus Barbarus pro suo jure.

Malim ego: in his potest esse coalitus. Horum potest esse coalitus, coitio, Hæc possunt coalere, seu coalescere & continuari. Horum corporum exitus coalescere & uniri possunt.

Certitudinariè Bartholus. Verba certitudinariè & deliberatè prolata.

Cum certitudine, consulto ac cogitate. Cic.

Complex, complices à complico.

Socius seu particeps celeris conjunctus alij in eodem crimine, inter se colligati & impliciti facto aliquo.

Cœlitas Piccolom:

Forma seu essentia cœli. Videi. de cœlo Aristotelis context. 92.

Certiorari.

Certiorem fieri, certum reddi.

Litera D.

DAMNIFICO G. Bielis.

DAmnificare aliquem Bielis est pro alicui esse malo, damnum dare vel ferre vel afferre alicui, in commodare alicui, detrimento aliquem afficere. Cave hic dicas facere damnum. Facere enim damnum & jacturam est pa... Cicero. Damni facis nihil C... Croc. in Farragine Sordidorum verborum.

Dapinor.

Dapinari est Jacobi Spiegelij pro quo dices Dapibus frui, epulari.

De Facto esse.

Pro hoc dices de eo quod facti est ... factum est. Græci dicunt αὐτὸ τὸ πρᾶγμα cui interdum opponitur αὐτὸ τὸ δίκαιον (de jure.)

Defalcare.

Negotiatorũ verbũ, hoc est: pro co... deducere vel decidere, ut deducta est tertia pars, deductus est quod ... cerum ex illius est, quàm ut possi... aliquid decidi Eras. Rot.

Defloratio.

Vernerus Abbas usus est pro dec... ptione seu excerptione florum ex ... tribus Latin. una voce Florilegium ... Defloratio pro floris adempti... probum est. Deflorare enim pro ... rem adimere legitur apud Livium ... Defloratio virginis usitat: pro im... nutione pudoris virgine; Græci ... cunt διακορεύειν, quod sonat d... ginare.

Degener pro notho

Degener latinũ quidem, sed nõ re... citur pro notho. Degener en... qui sui generis moribus non r... det.

Degradari. Degradare.

Sordidum: dices pro eo: de dig... seu honoris gradu dejici: tum... tem de gradu deijci, ut dicitur, ... cubi apud Ciceronem. De g... turbare.

Ecclesiasticum est: Deposuit po... de sede, de gradu, pro dejecit. ... bavit deturbit de solio.

Diffamari pro fama passim celeb...

Diffamari à latinis ponitur in vi... infamari, ut diffamare pro in... infamiam alicui conciliare ... rere violare alicujus famã & e... tionem. At laudis est Augus... ctatu 49. in Joh. Diffamatu... Christus, id est ejus Evangeli... gitur seu disseminatur ejus f... num, nomen & verbum ejus ... tur longè lateq;.

Difficulto. Difficultare.

Difficultatem affero. Difficile... here, contrà facilem Cic.

Diminutus in naturalitate ...

Non satis sanus.

Defloratio.

Wernerus Abbas usus est pro deceptione seu excerptione florum ex patribus Latin. una voce Florilegium At Defloratio pro floris ademptione probum est. Deflorare enim pro florem adimere legitur apud Livium & Defloratio virginis usitat: pro imminutione pudoris virgine; Græci dicunt διαπαρθενεύειν, quod sonat devirginare.

Degener pro notho

Degener latinū quidem, sed nō rectè dicitur pro notho. Degener enim est qui sui generis moribus non respondet.

Degradari. Degradare.

Sordidum: dices pro eo: de dignitatis seu honoris gradu dejici: tumultuantem de gradu dejici, ut dicitur, est alicubi apud Ciceronem. De gradu deturbare.

Ecclesiasticum est: Deposuit potentes de sede, de gradu, pro dejecit. deturbavit deturbit de solio.

Diffamari pro fama passim celebrari.

Diffamari à latinis ponitur in vitio pro infamari, ut diffamare pro infamare, infamiam alicui conciliare seu inurere violare alicujus famā & existimationem. At laudis est Augustino tractatu 49. in Joh. Diffamatur ubique Christus, id est ejus Evangelium spargitur seu disseminatur ejus fit præconium, nomen & verbum ejus celebratur longè lateq;.

Difficulto. Difficultare. se.

Difficultatem affero. Difficilem se præbere, contrà facilem Cic.

Diminutus in naturalitate Schol.

Non satis sanus.

Disciplinaria scientia.

Mathesis, Mathematica.

Disconveniens.

Alienum, non congruens, incommodū.

Dispenso. Lex moralis à nemine dispensari potest. Dispensare *nuptias lege Dei prohibitas.*

Dispenso (quo & Zanch. utitur cap. 1. de Sponsa lib.) usitatius, quàm latinius pro Canonis gratiam facio, solvo canonibus, legis gratiam facio, legibus solvo. Sic dispensatio pro relaxatione Juris communis vel utilitatis vel necessitatis causa alicui facta tributáve. Est hæc οἰκονομία quædam. Latinis veteribus dispensare (à dispendo) est disponere, distribuere, procurare. Dispensatio est curatio, procuratio, administratio œconomia. Cic: Rabirius curationem & quasi dispensationem regiam suscepit.

Dispensator est negotij curator. Plauto etiam est peni procurator. Olim dispensatores dicebantur, qui æs pensantes seu pensiculantes expendebant, non annumerabant.

Dabile. Quia subjectum non est dabile; nec proprietates sunt. Javell.

Negato subjecto negatur ejus proprietates: Cum subjectum dari seu esse non potest, nec ejus proprietates esse seu dari poterunt. Sic dicunt Reponibile in prædicamento, pro, quod collocari potest in Categoria aliqua. Sed propositio exponibilis pro exponente & propositio convertibilis Logici Scholasticorum ὅροι (termini) sunt, quos non repudio seu moveo.

Digulare patrimonium Exoletum Plaut.

De-

Devorare abligurire patrimonium durch den halß jagen.

Duplare antiq.

Duplicare, διπλοῦν ποιεῖν. Sic triplicare pro triplare.

De se cæca mens Scholast.

Per se cæca mens tenebricosa, cui offusa nox, caligo.

Demeritoriè.

Demeritum, Dionys. Carth. Qui abjicit à se disciplinam infelix est jam miserys culpæ & demeritis pœnæ æternæ. Idem. corripientur secundum cogitationes suarum demerita.

Difficile hæc verba Scholasticorum concoquere possim, Demeritoriè ponunt merendo vel modo nihil merendi. Demeritum pro non meritum. Nam Demereri latinis est merito aliquo alios sibi obligare. Vallan Randens. Improbaverit igitur hoc Scotr lib. 2. distinct. 37. Peccatum non potest destruere gratiā effectivè sed demeritorie tantum: etsi sententia sit bona. Hæc ad propinquos etiam licet demeritos, pertinent, dicit Scholastic. D. Cicero dixisset licet non benè meritos. Sic Aldus Pauli filius in de Epistola.

Disciplinatio puerorum apud Scholast.

Disciplina puerilis, Disciplina pueritiæ Cic: pro L. Manilia Kinderzucht.

Depositus, depontanus senex

Sexagenarius de ponte dejectus, deturbatus, detrusus. Jurisc.

Deputare pro delegare

Sunt, qui rejiciant deputare pro destinare vel delegare, quòd de puto idem sit, quod reputo, puto, censeo: deputatus

ad ignem æternum prodestinatus. [illegible] tamen [illegible] partes officiantis instrumentis deputatas vetus interp[...] non barbarus.

Dignificare Sch.

Dignum facere.

Dare opem

Dare opem non dicitur, etiam [...] Dare alicui operam, [...] sed fero opem, fero auxilium.

Dispositionem facere Vulg.

Legare, statuere, decernere & ut vul[...] loquitur disponere sive de [...] & donationibus in testament[...] hæreditate Jul. Pacius. Pro d[...] literas ad amicum dices cura[...]ras mittendas ad amicum.

Hoc nunquam est de facto.

Quod de facto nunquam est de potentia ordinaria non potest esse G. d. V. Hoc nunquam fit. Quod nunquam [...] ipsa est, secundum potentiam De[i or]dinariam (ut nimirum sunt res a[...] ordinatæ) non potest esse.

Propositio minor est de fide G. de Fa.

Est certa ex doctrina fidei, est certa [...] fide.

Deponere de officio, de rebus.

Malo movere magistratu, [...] ordine. Suetonius tamen [...] perio turpiter depositus.

Defaltare verbum negotiatorum.

Decidere, deducere, d[...] ma demere, ut dedu[...] tem. Lucrum exilius [...] possit ali[qu]id d[...]

Divisio debet esse διχότομος.

Divisio debet esse διχότομος, id e[...] membris. At Luna est διχότομο[...] quando, id est, in duo divisa, sem[...] na. D Διχοτόμος activè: διχότομος [...] sivè.

Digestio ciborum pro concoctione

Digestio in physicis est cibi con[...] distractio à nativo calore in [...] corpus, ciborum per memb[...] stributio Græce [...] lexand. Aphrodisæus. Aliud [...] [...], aliud [...] gestio est distributio cibi o[...] qua unicuiq; particulæ imp[...] quantum ei nutriendæ satis s[...] concoctio antecedit. Itaque [...] propriè loquendo aliud e[...] concoquo, est nimirum ordin[...] buo, divido. Dico disertim [...] loq: Quia Cicero interdu[...] rere accipere videtur pro con[...] re. Ad Atticum Stomachus [...] lius, ut digerat multa cruda [...] Et Macrobius. In Ventre f[...] digestio, id est concoctio. Sun[...] tem digerere pro concoque[...] cibi cōcoctio fit digerendo, [...] tificando & dividendo cib[...] tum. (Consequens pro [...] dente.)

Dignoro antiquat:

Signum inuro, signum impon[...] pecoribus, denoto, dignos[...] [...].

Dimitto fabulam.

Cornelius Crocus in Augiæ [...] purgato putat dimitto fa[...] tradūt dici pro missam f[...] mitto. Ceterum apud [...] est: Sed dimittamus fab[...]

Divisio debet esse διχότομος.

Divisio debet esse διχότομον, id est bimembris. At Luna est διχότομος aliquando, id est, in duo divisa, semiplena. D Διχοτόμον activè: διχότομος passivè.

Digestio ciborum pro concoctione.

Digestio in physicis est cibi concocti distractio à nativo calore in totum corpus, ciborum per membra distributio Græce ἀνάδοσις σιτίων. Alexand. Aphrodisæus. Aliud est πέψις, aliud διαχώρησις ἢ διάταξις. Digestio est distributio cibi ordinata, qua unicuiq; particulæ impertitur, quantum ei nutriendæ satis sit. Hanc concoctio antecedit. Itaque Digero propriè loquendo aliud est quàm concoquo, est nimirum ordino, distribuo, divido. Dico disertim propriè loq: Quia Cicero interdum degerere accipere videtur pro concoquere. Ad Atticum Stomachus concaluit, ut digerat multa cruda facilius. Et Macrobius. In Ventre fit prima digestio, id est concoctio. Sumunt autem digerere pro concoquere, quia cibi cōcoctio fit digerendo, id est, mitificando & dividendo cibum ingestum. (Consequens pro Antecedente.)

Dignoro antiquat:

Signum inuro, signum impono, ut fit in pecoribus, denoto, dignosco, Græcè διαγνωρίζω.

Dimitto fabulam.

Cornelius Crocus in Augiæ stabulo repurgato putat dimitto fabulam ineruditè dici pro missam facio seu omitto. Ceterum apud Ciceronem est: Sed dimittamus fabulas, & non dimittam istam curam. Itaq; non facilè hic Croco assentior.

Disquiparantia vel æquiparantia relata.

Relata inæqualia vel æqualia: illorum alterum altero est dignius & superius: ut Dominus servus: hæc verò omni ex parte sunt æqualia, ut duo similes. Illa diverso nomine appellantur (præceptor, discipulus) Hæc idem nomen obtinent (duo amici, duo socij.)

Sic pro relatis superpositionis vel suppositionis Scholasticorum dico relata inæqualia.

De viro ad virum, & domo ad domum.

Tu dices viritim, domesticatim, per singulas domos. Sic gregatim, per greges, turmatim, agminatim. Sic prodictare alicui de syllaba ad syllabam; dices per singulas syllabas vel syllabatim. Sic provinciatim.

J. de Daventria.

Johannes de Daventria. Henricus de Hassia, pro Daventriensis, Hassus. Thomas de Aquino pro Aquinàs. Sic Henricus de Gandavo. De Palude, pro Paludanus. Est de illa factione pro ejus factionis seu sectæ verbi gratia, probat κυνισμὸν, id est, Cynicorum rationem & vitam, displicet: similiter hæc. Hoc de formali dicit privationem. Materia non habet de se esse formale, id est, per se. De necessitate verum vel conclusum; pro necessariò seu ἐξ ἀνάγκης. De facili; pro facile. Cocles Cheromantes ait; De facili ad omnia convertibilis seu persuabilis; pro hoc dices, Cui quidvis persuaderi potest, den man überreden kan/daß ein Rube Barthel heisse / qui facile ad quidvis deduci potest. De

qua natione est, pro cujas est. Marcellus à Roma Græcismus est, ἀπὸ Ῥώμης.

Sic Hellenismi sunt Vinum Chio, pro vinum chium, οἶνος χῖος. Vinum Lesbo, οἶνος λεσβῖος, pro vinum Lesbium. Hospes Zacyntho apud Plautum ξένος ζακύνθιος pro Zacynthius vel Zazynthiacus.

Defectibilitas.

Potentia deficiendi, ut hominis integri erat defectibilitas, id est, potentia deficiendi à Deo, & amittendi dona. Bonitas hominis ante lapsum erat mutabilis.

Displicentia.

Offensio, molestia, dolor, animi adversatio.

Dissortunium.

Dion. Carthus. Infortunium, δυστύχημα.

Diverbium pro Proverbio.

Diverbium non est proverbium seu adagium, sed memorabilis sententia obiter in fabulari actione adspersa ab histrione, cum proverbium versetur in omnium ferè ore.

Diversifico.

Vario, diversum facio.

Diversificantur inter se opinionibus; Dissident inter se; inter se discordant. Dion. Carth.

Divitare.

Divitare antiquatum est. Itaq; non verè barbarum. Pro eo dicemus, Divitem facere, ditare, πλουτίζειν, rem alicujus augere, pecuniosum seu nummatum facere; substantiam alicujus amplificare.

Docilis pro διδακτικός.

Cocles ita locutus est. Sed docilis est discentis διδακτικός est docentis. Ille discendi: hic docendi facultate præditus est.

Dociliter disputat.

Intelligenter disputat. Cicero.

Doctrinalis pro ad discendum aptus.

Cocles dixit, Doctrinali pro eo qui est aptus ad discendum seu doctrinam percipiendum. Tu dices pro illo. Docilis, εὐμαθής, doctrinæ capax μαθηματικός, cujus abstractum Docilitas.

Docibile Ecclesiasticum.

Pro Docibile dic quod facile discitur, vel quod doctrinâ comprehendi percipive potest.

Deificari.

In Theologorum Schol. hoc non repudio. Ciceron. pro eo diceret, Deum fieri, divinissimum fieri, in Deos referri, consecrari, dedicari, Græci dicunt ἀποθεοῦσθαι.

Dementire.

Pro dementio dicimus deliro, destitutus sum mente; mentem amitto: mentem amisi, de sanitate & mente deturbatus sum. Cicero.

Dementare Scholast.

Infatuare, fatuum facere, stultum reddere.

Devotus pro religionem colente, religioso, religionibus dedito.

Devotus, devotè, devotio pro religiosus, pius, sanctus; Religiosè, religio improbantur, ut parum latina. Devotus enim cum dativo est deditus consecratus, dedicatus. Devotio, dedicatio, consecratio. Devoveo est dedico ac usurpatur interdum cum Dativo, interdum sine eo.

Devotare pro ἀναθεῖναι seu voto abs... nostro separare (nempe cum res ... seu promissa ac reddita post ... sum in templo) vel divino cul... dicere; non repudio.

Dicterium pro quovis dicto seu q... vis sententia.

Oracula divina non dicuntur dic...
Dicteria enim sunt scommata, ...
dicta. Aristoteles lib. 2. Rhet. S...
ma dicit esse maledictum spec...
seu elegans seu honestum ut ...
Lambinus verba Philosophi ...
μένη λοιδορία; sicut & Zuingeru...
Iosepho Scalig. dicterium propr...
bum Scenicum est. Vide in lati...
xico vocem DICTERIUM, (M...
licet & nimium severæ fun...
dicteria) ex authoritate Varr...
dicteria erant ante fabulam; ...
tur ... : Si in media fabu...
ponerentur, ἐμβόλια: Si in fi...
Scribit Scaliger ... q...
improbo. Nam sicut à ...
... : sic à ...
... . autem est de...
tor à ... : Et huc facit ...
vocis. Dicterium enim hab...

Dependentia ad aliquid, ac... orem.

Malo dependentia ab alio. Ta...
pendentia creaturæ à creat...
sine hujus voluntate ne m...
quidem queat subsistere a...
Dionys. Carth. in enar. lib. ...
Dicitur autem rectè exiens ...
aliud.

Deordino.

Peccatum deordinat volunt...
tate magis elongat, dicit ...
ta. Tu dices: De ordin...
legis divinæ deducit; fa...
abesse, à sanitate longius ...

Deteriore, Deterior...

In deterius muto: deterius...
natio.

Deviare.

Deviare Augustin. & Scola...

Dicterium pro quovis dicto seu quavis sententia.

Oracula divina non dicuntur dicteria: Dicteria enim sunt scommata, salsè dicta. Aristoteles lib. 2. Rhet. Scomma dicit esse maledictum speciosum seu elegans seu honestum ut vertit Lambinus verba Philosophi εὐσχήμων λοιδορία; sicut & Zuingerus. Josepho Scalig. dicterium propriè verbum Scenicum est. Vide in latino Lexico vocem DICTERIUM, (Mimi scilicet & mimery scuteræ funditabant dicteria) ex authoritate Varronis. Si dicteria erant ante fabulam; dicebantur εἰσόδια: Si in media fabula interponerentur, ἐμβολα: Si in fine, ἐξόδια. Scribit Scaliger δεικτήριον quod non improbo. Nam sicut à μῖμος est μιμήριον. à κελητὶς κελητήριον: sic à δεικτὶς δεικτήριον. Δεικτὶς autem est demonstrator à δεικνύω: Et huc facit quantitas vocis. Dicterium enim habete long:

Dependentia ad aliquid, ad creatorem.

Malo dependentia ab alio. Tanta est dependentia creaturæ à creatore ut illa sine hujus voluntate ne momentum quidem queat subsistere aut durare. Dionys. Carth. in enar. lib. sapientiæ. Dicitur autem rectè σχέσις & ordo ad aliud.

Deordino.

Peccatum deordinat voluntatem à sanitate magis elongat, dicit Bonaventura. Tu dices: De ordine & norma legis divinæ deducit; facit longius abesse, à sanitate longius dimovet.

Deteriore, Deteriorer.

In deterius muto: deterius facio, deterius fio.

Deviare.

Deviare Augustin. & Scolast. est deflectere. Deflectere & declinare de via. Ab eadem sententia non deflectere, non discedere, non abire, non esse diversum.

Demonicus pro Demoniacus.

Qui à Dæmone vexatur; à Dæmonio correptus; à malo spiritu vexatus, δαιμονοφόρητος, δαιμονισθεὶς, qui à Dæmone agitur, Energumenus ab ἐνεργοῦμαι, agitor.

Donec ad reditum tuum.

Ventum ad supremum est, nec jam meliora sequentur.

Donec ad adventum Christe benigne tuum. Barbarum.

L. Donec adveniat, usq; dum adveniat.

Dominor passivè antiquatum.

O domus Anci quàm dispari domino dominaris.

Versus est Ennij Hexameter litera sin. dispari liquescente.

Litera E.

ECLIPSABILITAS LUNÆ.

APtitudo lunæ ad patiendum seu recipiendum obscurationē seu eclipsin.

Al: Ecleipsis potentiâ (potentialis) non actu (actualis) ipsa defectio græcis est ἡ ἔκλειψις.

Edibile.

Ad vescendum aptum. Cic: poetæ vocant vescum.

Eligibile.

Lambino displicet: placet autem pro eo optabile: Græc. Est αἱρετόν: optare enim est eligere interdum: sed impropriè: dicimus enim eligendi optio, propriè autem optabile Græcis est

ἑλεῖν & optare ἐυχεσθαι periphrasticè eligibile est, quod in electionem cadit, vel sumendum præ aliis.

Elinguatio antiquat:

Elinguatio in desuetudinem venit. Nos dicimus linguæ extractio, privatio, amissio γλωσσοτομία.

Emissititius.

Emissicius ab emissu, ut emptus ab emptu, mulctatitius à mulctatu. Plautus edititius ab editu, fœneratitius, id est fœnore sumtus à fœneratu, circumspectatrix cum emissitiis oculis.

Enihilare.

Pro nihilo habere, contemnere, extenuare, eludere, ut quæstionem aliquam eludere, nō solvere. ἐξουδενόω ἐξουθενίω nihili puto seu facio μηδενὸς λογίζομαι, ἐξουθενίζω, obtero Lucret: & Joh. Campan. Enihilatio argumenti est ἐξουδενισμὸς seu extenuatio alicujus. Julius Firmicus.

Enthymematizo Græcismus.

L. Enthymema facio, enthymemate concludo. Vox est non ab ἐνθυμέω, quæ barbara, sed ἐνθυμέομαι, quæ græca.

Epiniciale carmen Barb.

Epinicium vox latinis elementis donata, in latinitatis familiam recepta. Subst: ἐπινίκιον, carmen ἐπινίκιον: Adjectiv:

Entificari.

Ens fieri, essentiam accipere.

Epicaizare & Epykizare.

Ἐπιεικεύω seu æquitatem adhibere.

Epilogare materiam tractatam.

Tu dices. Argumentum tractatum ἐπιλογίζεσθαι contrahere & concludere.

Epitomare Epitomator.

Brevius facere, brevefacere, in arctum colligere. Epitomicus: ut Epitomicus Oecumenij (vel etiam abbreviator) est Theophylactus. Utitur tamen illo Hotomannus in præfatione de re nummaria, Furmann. præter illos etiam alij epitomatores docti & laboriosi. Ἐπιτομὴ est breviarium (qua voce usus est Tranquillus) compendium.

Etsi pro quamvis. proletarij cujusdam scriptoris.

Si ad me venisses, etsi magno comitatu, te liberaliter accepissem Dic. quin: sic Cicero. lib. 7. Epist. Eph. 3. Qui si me audivissent, quamvis iniqua pace honestè tàm viverent. Feram licet insolentem, quamvis toleratu difficilem, δύσκολον.

Eunuchare Antiquatum.

Castrare εὐνουχίζειν, eunuchum facere.

Eunuchatus.

Eviratus, cui sunt amputata virilia: sed eviratus etiam significat mollem & effæminatum hominem.

Exacuitio.

Exacutio: supinum enim verbi acuo non est acuitum.

Exceptuare. Ph. Decius J.C.

Quædā exceptuantur: pro, Quædā exceptionibus caventur, quarū formulæ sunt, Extrà quàm si, excepto si &c. Exceptitium, pro eo quod est, Quod excipitur, latinum est.

Extarit pro extiterit.

Versor vaticinii Sibyllæ. At postquam toto signū hoc extarit in orbe. Gemnum hujus præstasti pro præstitisti.

Ex-

Exemplatum.

Alexander: Rectitudo civitatis e[…] plata est à cœlesti: tu dices, co[…] civitas est, exemplar rectitudin[…] vitatis mundanæ.

Exemplare.

Augustinus ita locutus est, pro παραδειγ[…] ματίσαι Matth. cap. 1. id est, c[…] ut exemplum esset omnibus l[…] supplicium (sic Terentius in A[…] Act. 1. scen. 1. si meus esses (syr[…] exemplum curarem ut esses, i[…] rarem te afficiendum supp[…] mnibus in exemplum) vel in[…] gnominiæq; exponere.

Exemplari.

Exemplum fieri, παραδειγματίζ[…] famem fieri, infamiæ expo[…]

Exhonorare, exhonorare

In eccles. versione legitur. Tu[…] gnominia afficere, honor[…] seu exuere, dehonestare, […] non habere, non tribuere al[…]

Expergiscendas esse animas m[…] quæ nunc dormiant in novi[…] quidam opinatur.

Barbara locutio: Tu dices. […] dormitabundi somnient n[…] animas sine intelligentia […] ultimum judicij diem us[…] à somno suo illas experge[…]

Experimentatum.

Absoni voce ita loquuntur, […] tata hæc sunt, pro expe[…] bata, spectataq; seu cogn[…]

Ex tunc.

Dicunt Barbari ex tunc: […] ex eo, vel illo tempore, […] pore: Etsi Græci dican[…]

Exemplatum.

Alexander: Rectitudo civitatis exemplata est à cœlesti: tu dices, cœlestis civitas est, exemplar rectitudinis civitatis mundanæ.

Exemplare.

Augustinus ita locutus est, pro παραδειγματίσαι Matth. cap. 5. id est, curare, ut exemplum esset omnibus luendo supplicium (sic Terentius in Adelph. Act. 1. scen. 1. si meus esses (syre serve) exemplum curarem ut esses, i.e. est curarem te afficiendum supplicio omnibus in exemplum) vel infamiæ ignominiæq; exponere.

Exemplari.

Exemplum fieri, παραδειγματίζεσθαι, infamem fieri, infamiæ exponi.

Exhonorare, inhonorare

In eccles. versione legitur. Tu dices ignominia afficere, honore privare seu exuere, dehonestare, honorem non habere, non tribuere alicui.

Expergiscendas esse animas mortuorum quæ nunc dormiant in novissimo die quidam opinatur.

Barbara locutio: Tu dices. Sunt qui dormitabundi somnient mortuorum animas sine intelligentia dormire ad ultimum judicij diem usq;, eo verò à somno suo illas expergefactum iri.

Experimentatum.

Absoni voce ita loquuntur, experimentata hæc sunt, pro experientia probata, spectataq; seu cognita, tentata.

Ex tunc.

Dicunt Barbari ex tunc: pro quo dices ex eo, vel illo tempore, vel ab eo tempore: Etsi Græci dicant ἐκτότε: qui pro eodem etiam dicunt ἀπ' ἐκείνου (ex illo) sic græci dicunt ἀπὸ τοῦ νῦν, quod Barbari verterunt ex nunc, pro quo dices: ex hoc tempore, sicut pro ἀπ' οὐρανόθεν dicitur cœlitus, de cœlo, ex cœlo, superne & è supernis.

Exsuperabundanti.

Ἐκ τοῦ πλεονάζοντος ab vel ex eo, quod sæpius fit seu ut plurimùm. Cùm plerunq; honestè sentirent, dicerent, agerent, ἐκ τῶν πλεοναζόντων viri sapientes & boni habiti ac appellati fuerunt, quamvis alicubi errarent, atq; ab officio nonnihil deflecterent. Hieron. Wol. 1. off. Cic.

Extractum breve.

Summarium Seneca. Epitome, Kurtzer außzug etlicher dinge.

Novit Dominus eos qui sunt ejus, novit qui sint ejus. Dionys.

Novit Dominus qui sint sui Sebast. Castellio. Novit Dominus eos qui sunt sui ἔγνω κύριος τοὺς ὄντας αὐτοῦ 2. ad Timotheum 2.

Eminus est, pro in loco remoto est.

Eminus significat è loco remoto, ut eminus jacula mittere von weitem / Eminus videt.

E contra.

Et contrà, è contrario, contrà.

Ercisci antiquatum a quo arbitrium ercifcundæ familiæ apud J. C.

Partiri, dividere. Vox illa est ab erctū & citū. Erctum à coercendo: Citum id est, vocatum à ciendo. Erctum citumque fit inter consortes, M. Verr. Flacc. Attolle inquit Joseph. Scalig. copulam Que. Nam Erctum citum est hæreditas divisa. Erctum dici potest, quia cum hæreditas divisa est alterius

-ex alterius parte arcetur. Vide Cic. in 1. de orat:

Erctum, ciendum, antiquatum.

Hæreditas dividunda. Joseph. Scalig. in sext. Pompeij fest. lib. de verb. sign.

Elucus antiquat:

Hesterno vino languens vel semisomnis allucinator seu hallucinator, vel *ἐν κραιπάλῃ* id est, temulentia pridiana & ex ea gravedo. (Sic accepit Tertullianus in libro de corona cum ait. Ab eluco defensare.) Vel tarditas animi & stupor qui hallucinantibus plerunq; usu venit. Gell lib. 16, cap. 12.

Elementatio Theorica Procli.

Rudimenta Theorica, Prima institutio, *στοιχείωσις*

EXORBITANS LINGUÂ.

Ciceronianû: Præceps & devius linguâ. Theologorum vox est exorbitare pro exorbita discedere, de recta via deflectere. Metaphora sumpta à vestigio currentis rotæ.

Tu VALES emendare. Ego non potui emendare.

Tibi in manu est ne fiat. Terent. Mihi in manu non fuit ne fieret.

Evulsi præteritum.

Adriani Cardinalis judicium hoc est: Evello in præterito apud bonos authores evelli facit, non evulsi, ut aliqui recentiores voluerunt.

Ea.

Apud Piccol. & Pererium invenias Ea redundare. Ne hoc imiteris. Pererius lib. 11. de loco cap. ultimo; Atq; hoc probamus cum aliis argumentis tum ea ratione ducente ad impossibile, quia si fieret &c: dicendum erat, Tum ratione ducente & c. Piccol grad. septim. Philos. Moral. cap. 7. Ea cognitione quæ sensuum est oritur amicitia in sensuum appetente facultate collocata, qualis est ea ferarum & jumentorum in quibus amicitiæ umbræ obscuræ apparent. Ea redundat. Piccol. de prima materia, lib. 4. cap. 17. Ut se habet unitas generis & speciei ad suum principium: ita unitas numeri ad suum; at unitas generis & speciei formam sequitur: quare & ea numeri. Idem. Materia prima ab ea mortalium distinguitur, pro ab ea quæ caducorum est. Vel hic tolle Ea. Ejusdem farinæ est hoc ejusdem. Actio interna non externa, qualis est ea artium: pro qualis est artium: seu qualis est ea quæ artium est.

Gratiari ab aliquo.

Haymo Episcopus in explicatione cap. 4. ad Romanos: Non operantib. i damus aliquod beneficium non est merces sed gratia, ideoq; gratiamur ab illis. Pro hoc dicito: Ideoq. illi gratias nobis agunt; habetur vel refertur nobis ab illis gratia.

Gratiosus princeps ingenuis acceptus.

Multi dicunt: Gratiosissimus mens Dominus, pro Clementissimus. Proprié autem gratiosus est, qui valet gratia apud aliquem, qui alicui valde gratus & acceptus est. Ave gratiosa.

Litera F.

FACERE BARBAM.

FAcere barbam Galli dicunt pro tondere aut radere barbam.

Facere pœnitentiam.

Facere pœnitentiam est p[illegible] dam Scholasticorum & [illegible]

rum scriptorum. In hoc secul[o] ... nitentiam facientibus Dei mise[ricordia] ... subvenit: In futuro auté pœn[itentia] ... non proficit (id est non prod[est]) ... hac vita tantum pœnitentiæ ... bertas; post mortem nulla corr[ectio]n[i]s est licentia. August. sermon[e] ... Classici auctores (ut loquitur ...us), seu primæ notæ scriptores ... quuntur Corrigentib. peccata ... psos pœnitendo, Cicero Pœni[tentibus] ... peccati: Resipiscentib seu co[n]... ibus se: Castellio. Pœniten[tibus] ... gentibus: alij multi.

Facialiter notus.

Facialiter est opicum: Tu dices ... cie notus.

Falsifico.

Malim, etsi non sit barbarum, ... Jurisconsultus dicit, Falso.

Felicitare.

Felicitatem dare Cicero: Pr... Livij & Taciti est.

Festivare, Festare.

Festum seu feriatum diem ager[e] ... ferias habere.

Fidatus nuncius.

Fidus nuncius seu fidelis, cert...

Fiducialiter dico.

Dico asseverantius, audacter, ... ter, fidenter confirmo; or... tatione affirmo. Cic.

Firmus pro invulnerab[ilis].

Tela excipiens sed vulnera n... ens, der Vestelst. Cui terg... netrabile: in quem penetr... test telum, qui ferro in... est, ut loquitur Livius.

rum scriptorum. In hoc seculo pœnitentiam facientibus Dei misericordia subvenit: In futuro auté pœnitentia non proficit (id est non prodest) In hac vita tantum pœnitentiæ patet libertas; post mortem nulla correctionis est licentia. August. sermone 66. Classici authores (ut loquitur Gellius), seu primæ notæ scriptores sic loquuntur Corrigentib. peccata seu lapsus pœnitendo, Cicero Pœnitentib. peccati: Resipiscentib seu corrigentibus se: Castellio. Pœnitentiam agentibus: alij multi.

Facialiter notus.

Facialiter est opicum: Tu dices, De facie notus.

Falsifico.

Malim, etsi non sit Barbarum, adultero. Jurisconsultus dicit, Falso.

Felicitare.

Felicitatem dare Cicero: Prosperare Livij & Taciti est.

Festivare, Festare.

Festum seu feriatum diem agere, feriari, ferias habere.

Fidatus nuntius.

Fidus nuncius seu fidelis, certus homo.

Fiducialiter dico.

Dico asseverantius, audacter, confidenter, fidenter confirmo; omni asseveratione affirmo. Cic.

Firmus pro invulnerabili.

Tela excipiens sed vulnera non excipiens, der Veste ist. Cui tergus est impenetrabile: in quem penetrare non potest telum, qui ferro impenetrabilis est, ut loquitur Livius.

Flebilis de potentia.

Barbarum est, Flebilis pro apto nato ad flendum, ad fletum, Flebilis enim (sic & lacrymabilis) est qui dignus est ut defleatur, qui lacrymas commovet.

Fontaliter erat vita in Filio.

In Filio Dei erat vita tanquam in fonte: Filius Dei erat vita, fons vitæ, tribuens omnib. credentib. vitam. Adverbio g. illo Modus essendi significatur.

Fortesco.

Fortesco pro fortis fio, antiquatum est ut & activum fortifico.

Frustraneitas.

Tu dices ματαιότης, vanitas.

Futuritio effectus seu eventus.

Necessarium vel necessitas rerum futurarum ex suppositione futuritionis, barbarum. Greg. de Val.

Lat: Futura productio, futurus ortus, futura præstatio eventus seu effecti, futura rei in actum deductio. Hypothesis futuri eventus propositionis de futuro.

Fraternizo.

Illiberale hoc, pro fratrem imitor. Sic fraternizat quæstio hæc cum illa; pro Hujus quæstionis cum illa est germanitas, fraternitas ἀδελφότης: quæstio hæc est illi germana, cognata, gemina.

Fœtunticeta. Hermol. Barbari in 2. de Anima.

Narib. fœtunticeta quib. insuevêre non obolent.

Lat. Loca fœtida.

Foraminulentum.

Factitium Hermolai in 2. posteriorum Paraph. c. 14. Quamobrem de laternæ egre-

egreditur lumen quia necesse est, ut quod foraminulentũ est, quale cornu lanternæ esse videtur, perviũ lumini sit, pro quod ampliusculos habet meatus: his enim verbis interpretatur seipsum.

Secundum famositatem hic terminus accipitur.

Pro eo quod est secundum famosiorem significationem, usitatius, vulgatiori significatu, pervulgata significatione, celebratiore magis, frequentataq; significatione.

Feudum.

Jurisconsultis tritum, quod abrogari non potest. Budæo pro eo placet prædium beneficiarium.

Frangibilius Dionys. Carthus.

Fragilius.

Festivitas pro festo seu feriato die.

E recentiorib. quidam ut Johannes Serranus in versione Platonis pro feriato die accipit. Ludicrorum spectuculorum festivitates pro feriis. Sic hodiè dicunt multi, festivitas Philosophica, nuptialis: sed veterib. est lepor & jucunditas vel concinnitudo in oratione & aliis.

Facierum acceptio. facies accipere Gracismus.

Prosopolepsia, personarum discrimen Valerio Maximo. Habere respectum ad personas Cicer: habere respectum personarum, idem.

Filare.

Monachus Circulator.

Si mulier filas si fortè cadat tibi fusus,
Quando te flectis fac sit cul° tibi clausus
L. lanificia in fila tenuare, fila ducere vel deducere interveniente fuso, qui fila quasi fundit.

Fameo. famesco. famelicus.

Hæc sunt antiquata, pro quib. esurio, frequenter fame laborans.

Famigero, Famigeratus, Famigeratio.

Antiquata sunt & quidem Plautina pro Fama celebro, divulgo. Famâ celebratus, seu nobilitatus, clarus, nobilis, famâ celeber, de quo fama est, de quo celebris fama est; qui in ore multorum viget: qui est in magno nomine. Divulgatio, prædicat[illegible] famigerabile pro divulgandum. [illegible] famigeratissimũ dic sermonem omnium celebratissimum. Pro Famoso in bonam partem accepto m[illegible] quo celebris fama est: Famosus [illegible] est infamis.

Foriolus.

Antiquatum pro eo quod ventrem [illegible] bet solutum. Foria enim d[illegible] stercora liquidiora quod facile fera[illegible]tur. Perottus: unde & fecerunt [illegible] forire pro stercore liquido fœda[illegible] inquinare.

Fulminatus.

De cœlo ictus, percussus, tactus, ic[illegible] cœlo Tactus de cœlo: sic pro fulminare Hadrianus Cardinal: De cœlo tangere.

Facere alicui locum.

Date mihi locum ubi accumbam. Sic Plaut. Date mihi viam, qua fugere liceat.

Facere reverentiam.

Habere honorem, honore afficere, aperire caput.

Litera G.

GRATANTER

GRatanter patienter & amorosè correptionem recipere, Dion. Ca[illegible] Grato, æquo, placido animo [illegible]

Gratians.

Gratia gratians. Dion. Carthusianus pro gratiâ increata gratiæ creatæ efficiens.

Gratia boni.

M. Ficin. in Divin. nominibus: Gratiâ boni, Tu dices boni gratia Gratia visitandi eos. Causâ discendi venire, Haymo. Sic Haymo Episc. Abstinere ad tēpus à coitu causa religionis, pro religionis causâ, causâ nostrâ. Sic Cicero: Laborare amici causâ In versione Castellionis cap. 16. ad Rom. Quæ multum causâ nostrâ laboravit. Tu dices nostrâ causâ, vel in causa nostra: vel de causa nostra. Hermolaus Barb. in 1. de Anima cap. 16. Paraphrasi: Gratia claritatis repetere. Et in 2. phys. parap. Gratia alterius, pro alterius gratia. Et in 2. poster: Natura gratia finis molitur. Et Scheckius sæpè gratia cujus pro cujus gratia.

Attamen hoc probum est. Nunc de septis quæ tutandi causa fundi aut partis fiant dicam. Hic τὸ causa interjicitur inter gerundium & substantivum. Sic rectè dicitur: Magnam partem amputavi evitandi causa fastidij. Primum exemplum est apud M. Varronem lib. 1. Rei rusticæ cap. 14. Doctores Ecclesiastici & Scholastici hic sunt liberiores.

Gratificabile.

Scoti est, pro eo quod est gratiæ susceptibile.

Grosso modo definiri.

Pro crasso modo, populariter, crasse, & ad sensum vulgi accommodatè definiri. Oppositum, subtilius & enucleatius. Grossus significat ficum immaturum.

Gyrovagatio.

Usus est Dionys. Carthus. in enarrat. Ecclesiast. Hybrida est pro: pro circumcirca vagatio: Circumvagatio. Oberratio. Gyrovaga pro vagabunda.

Gratis hoc dicit.

Dicit hoc sine ratione sine causa temerè. Ad id quod vult nullam ratiocinationem, nullum argumentum adjungit. Non constat ei suæ sententiæ ratio.

Litera H.

HABITUATUS. HABITUATUM: Vitia habituata.

B. In bonis magis habituatus: L. bonis perfectioribus præditus seu ornatus, Quod altissimas in animis radices fixit, quod penitus insidet.

Vitia quæ fixas in animis radices egerunt, altissimas radices in animis fixerunt. Solent & dici radicata.

Hacceitas. Scoti.

Differentia, qua differt individuum ab individuo seu singulare à singulari. Differentia individualis vocatur à Zabarella, & singularitatis principium.

Sua propria haccitate individuari.

Barb.

L. Fieri Hoc seipso.

Horripilatio.

Motus, quo inhorrescunt pili.

Hora, Horarum codex.

Preces horariæ, Codex precum horariarum. Vulg. Breviarium.

Hæreditare Virtutem patris.

L. Virtutem patris hæreditate possidere.

Heremitorium.

Usus est Jacob. Wimpfelingus Sletstatinus in Raban. de S. Cruce pro mona-

ſterio. At nec heremus dicitur, ſed ἔρημος, nec eremitorium.

Hypoſtatizatum, Hypoſtatiſſatum, ſuppoſitatum:

Scholaſt: De carne aſſumpta à verbo divino quæ propriam nunquam habuit aut habitura eſt ſubſiſtentiam perſonalem, dicunt; ſuppoſitata, hypoſtatiſſata, pro eo quod eſt; Perſonata, perſonaliter ſuſtentata, h.e. ſuſtentificata. Suppoſitare hic iisdem eſt familiare pro eo, quod eſt perſonalitatem tribuere ei, quod propria perſonalitate ſeu ſubſiſtentia deſtitutum eſt. Sic loquuntur ἀξιωματικῶς: Suppoſitare alienam naturam eſt proprium Infiniti: pro eo nos dicemus: Ut aliquid non habeat, vel ut amittat ſuum naturalem & proprium modum τῦ εἶναι, & alienum pro eo accipiat & quaſi induat, non niſi auctor naturæ Deus facere poteſt.

Hoc pro huic, illud pro illi, non ſum hoc ſolvendo.

Inter ſolœciſmos hoc deputo: Nam gerundium in Do non eſt dativi: ſed ablativi caſus. Itaq; ſic loquendum eſt.

Non ſum huic ſolvendo: Non ſum idoneus ad hoc ſolvendum. At enim inquis: Eraſm. Rotrodamus in Paraph: in Elegantias Laurentij Vallæ inquit Gerundia habere omnes caſus ac genera. Reſpondeo eum intelligere per gerundia gerundiva ſeu participialia nomina.

Hoſpitare.

Hoſpitio accipere, hoſpitè accipere. At: hoſpitari, verbum ἀποθετικὸν, probum eſt, pro divertere ad hoſpitem.

Homelia.

Multi Theologi ſic pro Homilia ὁμιλία, ſicut multi hodiè Philoſophi ſcribunt ſtratagema pro ſtrategema. Homiliam autem Theologi ſolent vertere ſermonem, id eſt, concionem.

Helmvaripha.

Helmvaripha barbara vox eſt nempe Arabica pro quadrangulo maximè ἀνωμάλῳ. i. irregulari ſeu inæquali, quod vel duos obtuſos obtinet angulos & duos acutos & rectos duos, unum obtuſum & unum acutum.

Impoſſibile eſt Helmvaripham aut tres rectos aut tres obtuſos angulos habere.

Litera I.

ICIENS.

ICiens ictus eſt, Junius in Adag. Græcè βεβλημένος βαλών, pro, percutiens percuſſus eſt. Icire non memini me legere: Icienda fœdera legitur apud Scal. ex. 129. pro facienda vel icenda.

Ictu oculi, in einem augenblick.

Momento temporis, jactu oculi, ῥιπῇ à verbo ῥίπτειν, id eſt, projicere: Utitur hac voce Apoſtolus in 1. Cor. 15. v. 52. dicitur & nictu oculi, à priſco nivere.

Ideales rationes.

Exemplares rationes. Idæa non dicitur. Idealis à Græco ἰδέα habet terminationem latinam. Scholaſticus terminus.

Identica ſunt.

Idem ſignificant, ſeu idem ſunt. Cic. Hæc duo verba inter ſe diſcrepant, re idem ſonant.

Identificari alii.

Identificari alii eſt cum alio idem eſſe ſeu unum fieri, quod nondum erat. Scal. Ratio Identificationis: cogenim ſic inter nos balbos.

Ido-

I

Idololatrix. Prudentius.

Idolorum cultrix.

Idololatrare. apud Servetum

Gr: εἰδωλολάτρην εἶναι: Lat. idola[…] mulacra colere.

Idoneiſſimus: naturaliſſimus ad

Naturà aptiſſimus ad omnes v[…] εὐφυέστατος πρὸς ἅπαντας ἀγῶνας.

Incomponibilia, incompatibilia[…] ponere.

Designo, intelligo, not[...]

P.

Praeccipio, praessumo. Piccol.

Præcipio, id est, antecapio, [illegible] anticipo hoc, anticipo hanc no[...] nem, prænosco, prenotione utor, [...] pono, præcognosco, id est, [...] notionem, seu præcognitum a[...] beo.

Pro hujus rei notitia requiritur: Pro[...] vendis adversis rationibus co[...] centia. Materia pro rerum natu[...] um Esse necessaria est. Pro diei [...] stitutione conspirant tenebræ, [...] minus à quo: Aër perspicuus, [...] teria, Lumen tanquam forma [...] pro hoc, pro aliquo ordinatu[...] mnia in physicis Piccolomine[...]

Ejusdem hoc est. Materia princi[...] non pro constitutione rei, [...] transmutatione requisitum, u[...] nus a quo.

Barbara hæc valeant. Dicendu[...] hujus rei notitiam requiritur. [...] ria necessaria est ad rerum c[...] tionem seu essentiam. Ad sol[...] rationes conducentia. Ad di[...] stitutionem conspirant &c. [...] ad hoc. Ad aliquid instructu[...] natum, ordinatum, directum.

Pollucibiliter cœnare Anti[...]

Opipare, splendide, lautè, Pro[...] paratè & jucunde, cœnare.

Proficiat honor Barb.

Ciceroniana sunt. Hunc hono[...] tibi benè & feliciter eveni[...] tibi hunc honorem Deum [...] Hic volo idem est, quod ve[...] cupio etiam, atq; etiam cu[...] Planco & Cælio ad Cicero[...] familiar. est Discupio: quo[...]

Plenariè gratiam refer[...]

Gratiam cumulatè, cumul[...] ferre.

Praaccipio, praaſſumo. Piccol.

Præcipio, id eſt, antecapio, προλαμβάνω, anticipo hoc, anticipo hanc notionem, prænoſco, prænotione utor, πρόγνωσιν pono, præcognoſco, id eſt, prænotionem, ſeu præcognitum adhibeo.

Pro hujus rei notitia requiritur: Pro ſolvendis adverſis rationibus conducentia. Materia pro rerum naturalium. Eſſe neceſſaria eſt. Pro diei conſtitutione conſpirant tenebræ, ut terminus à quo: Aër perſpicuus, ut Materia, Lumen tanquam forma: Paratꝰ pro hoc, pro aliquo ordinatum. Omnia in phyſicis Piccolominei.

Ejuſdem hoc eſt. Materia principium eſt non pro conſtitutione rei, ſed pro tranſmutatione requiſitum, ut terminus a quo.

Barbara hæc valeant. Dicendum: Ad hujus rei notitiam requiritur. Materia neceſſaria eſt ad rerum conſtitutionem ſeu eſſentiam. Ad ſolvendas rationes conducentia. Ad diei conſtitutionem conſpirant &c. Paratus ad hoc. Ad aliquid inſtructum, deſtinatum, ordinatum, directum. Cic.

Pollucibiliter cœnare Antiq.

Opipare, ſplendide, lautè, Prolixè, apparatè & jucunde, cœnare.

Proficiat honos Barb.

Ciceroniana ſunt. Hunc honorem volo tibi benè & feliciter evenire. Volo tibi hunc honorem Deum fortunare. Hic volo idem eſt, quod vehementer cupio etiam atq; etiam cupio, quod Plauto & Cælio ad Ciceronem lib. 8. familiar. eſt Diſcupio: quod ἐν παρέργῳ.

Plenariè gratiam referre.

Gratiam cumulatè, cumulatiſſimè referre.

Priſcum pro priſtino.

Utrunque quidem dicitur Priſca ſeveritas, priſca fides, & priſtina ſeveritas priſtina fides, ſed ſignificatione diverſa. Priſca enim dicuntur quæ ſunt extra noſtram memoriam, antiquiora noſtrâ memoria, ut loquitur Cicero, ut priſca ſecula, priſci ſcriptores. Priſtina verò quæ ita ante fuerunt, ut tamen ſub noſtram memoriam cadant v. gr. priſtina conſuetudo cum aliquo id eſt, quæ ſuperioribus fuit annis. Aliud igitur eſt in priſtinum ſtatum redire vel recidere, aliud in priſcum. Revoco me ad priſtinum ſtudium eſt redeo ad illud ſtudium, cui priùs ſeu antè operam dedi. Porro Vetus & Antiquus modò ſignificant priſcum, modò priſtinum. Id oſtendunt hæc exempla e Ciceron. Reſtitui in antiquum ſtatum, id eſt, priſtinum. Vetus opinio eſt, jam uſq; ab heroicis (id eſt priſcis) ducta temporibus. Veteres & priſci viri. Vetus conſuetudo fori, & priſtinus mos judiciorum. Antiqui ita vixerunt, id eſt priſci: Antiquitas ita vixit. Quò quid πρεσβύτερον ſeu antiquius, eò τιμιώτερον ſeu honoratius, & in majore pretio. Quo factum, ut antiquum pro nobili & honorato uſi ſint veteres & antiquius pro nobilius: ut virtute nihil eſt antiquius.

Pudet, pœnitet me hæc conditio Antiquatum ſeu obſoletum.

De hac conſtructione approbo Judicium. Grammatici Emmanuelis Alvari. Juſta & tecta hæc conſtructio Plautina eſt: Figurata verò ſeu ἀνώμαλος eſt pœnitet me hujus conditionis: Juſta tamen exolevit, figurata contra inolevit atq; in ejus locum ſucceſſit. At utraq; etiamnum viget & uſitata eſt: Recta, venit mihi in mentem pater tuus, & figurata per Atticiſmum: Ve-

nit mihi ut mentem patris tui. Priscianum hic etiam, si placet, consules.

Portitor pro portator.

Gerulus, aliquid portans, gestator, ut bajulus. Statium pro portatore dixisse portitorem, ait Ambros. Calepin. in hoc vers: *Languet hyperborea glacialis portitor ursa. Propriè autē portitor est (à portu.)* qui græcis est πορθμεὺς, id est, transvector.

Portarius, portaria.

Janitor janitrix, custos ad limen, ostiarius, ostij custos.

Propalare.

Propalare pro palàm facere, seu apetire an apud idoneos authores inveniatur, dubito. Pro palàm latinum est pro palàm.

Practicare mala, Dion. Carth.

Excogitare. fabricari, machinari mala.

Præsentialiter apparet.

Coram seu præsens conspicitur.

Prudenter fecit, pro prudens fecit.

Prudens feci, id est sciens, nec habet laudem nec vituperium. Prudenter feci semper in laude est. Qui imprudens peccat, veniam meretur, Eras. Roter..

Plenariè tractare.

Plenè, ad plenum, pleniore scripto.

Planitudo.

Planicies, æquor. At plenitudo, non planicies.

Litera Q.

Quà calidum: Quà Entis: pro Quà calidus: Quà Ens.

NEc communis, nec multorum error facit jus: Itaq; nec Piccolomineum, nec Zabarellam, nec Flaminium Nobilium (alioquin tersum) neq; Theologos quosdam sequens, ita loquentes: Aristoteles censet, ignem agere, non quà ignem, sed qua calidum. Dicendum erat: Censet ignem agere, non qua ignis, sed qua calidus. Non entis, quà Entis: dicendum erat; non Entis, quá Ens: Sic enim Arist. in 1. philos. ὄν ᾗ ὄν. Hominis, qua hominis, proprium: dicendum hominis, qua homo, proprium. Quæritur, an adoremus filium hominis, etiam qua hominem: dicendum erat, filium hominis, qua homo. Velle Deum omnem hominem salvum dicunt, sed voluntate secunda: reprobum, qua talem, non velle salvum: Sic quidam Juvenalis scriptor, pro reprobum, qua talis. Memoria prout inservit tam intellectui, quàm sensui: Dicendum prout inservit. Memoriarum præteritarum, quatenus præteritarum, pro quatenus præteritæ. Vide Zabarellam de speciebus intelligibilibus: & Flaminium in explicatione lib. 1. de General. & interitu. Aristotelis. Non est utendum amicis, ut floribus tamdiu gratis, quàm diu recentibus: Tu dices, ut floribus, qui tamdiu grati sunt, quamdiu recentes, vel tamdiu gratis, quamdiu recentes sunt.

Qualis liber est?

Quid libri, quid libelli est?

Qualiter vel quomodo vocatur.

Quod ei nomen est, quo nomine vocatur? Qui inscribitur liber? non qualiter.

Quæstiones explicandæ proposita

Quæstiones ad explicandum (vel explicationem) propositæ.

Quid hoc significat, Was bedeut das.

Quid istuc tibi vult? Quid verba ista volunt. Quid hoc est dictu?

Qualitativum.

Qualitate affectum, qualitati analogum seu geminum. A Scholasticis animæ hominum substantivæ, brutorum qualitativæ dicuntur.

Quietantia.

Apocha, Apoche, ἀποχή, qua creditor testatur satisfactum sibi esse à debitore. Antapocha est, quam creditor, dat debitor, ein Handschrifft/ Acceptilationem volunt esse quidam Jurisconsulti testimonium liberationis, sine soluta pecunia, *Freyzettel.*

Quietari.

Hic nō quietatur intellectus meus. Biel.

Lat: Non satis fit intellectui: Non acquiescit hic intellectus: non satiatur, non expletur: Sic Scaliger: Hoc saturatur animus: In hoc conquiescit: Hoc scientiam parit: Ejus ductu in naturæ promovemur penetralia.

Hermol. tamen Barbar. doctrinæ & differentiæ gratia in 6. phys. ἠρεμεῖν seu voce Quietari usus est sine reprehensione Sisti est ad cessationem tendere: Sistere, quietari tranquillarique; Consistere verò est jam quiescere, a motu cessare, Id igitur quod sistitur & quietatur necessariò movetur, pag. 324.

Quietare animum.

Cicero Tranquillare animum lib. 1. de Juribus: quietum reddere Terent.

Quis pro uter.

Apposui tibi aquam & ignem, ad quod volueris porrige manum tuum. Vetus versio Ecclesiastici.

Tu dic, elige utrumvis. Interim & hoc nota.

Quis de duobus pro uter (ut elige quemlibet pro utrumlibet.) Græcismus est τὶς pro πότερος Matth. 21. τίς ἐκ τῶν δύο, quis, id est, uter ex duobus.

Quodlibet audendi potestas. Non libet malis quodlibet.

Quidlibet audendi potestas, vel audendi potestas, quicquidlibet. Non licet malis quidlibet.

Quantum ad id quod, per Quod attinet ad.

Sic Scholastici: ut Dion. Carth. in enarr. lib. sapient. Nihil odisti eorum, quæ fecisti, quantum ad id, quod habet creatura à te, sed quantum ad id, quod habet ex libera voluntate potest odibilis fieri, pro Quod attinet ad id &c.

Idem: Deo non adscribitur consilium, nisi quantum ad id, quod perfectionis in ipso est, id est, quod attinet ad diligentem considerationem exclusa imperfectione illa, qua consilium dicitur esse ignorantis naturæ.

Pro quantum pertinet ad primum malo, Quod attinet ad primum: seu, De primo.

Pro in quantum malo Quatenus: Sed hoc obiter & quasi aliud agens.

Quod magis est pro Quod majus est, Id quod majus est.

Cic: Non tam doctus quàm (id quod majus est) expertus est.

Quin cum Indicat.

Augustin. in Evang. Johan. tract. 6. Non dubito, quin etiam orastis pro me, ut debitum vobis exolvam: pro, quin etiam oraveritis.

D. Johan. Roffensis Episcopus. Non dubito, quin te valde pœnitebit horum.

B. Pererius in phys. pag. 634. Non dubium est quin ille lapis movebitur deorsum. Dionys. a Richel. Nullum

opus vitiosum tanta simulatione potest colorari seu tegi quin ejus pravitas suo tempore aperietur. In enarr; Evangelij Lucæ.

Quod pro ut, post particulas, Is, talis, intensionis, & verbum, fit.

Barbar. Scholast. quos sæpe Mercatus est secutus: Tantùm abest, quod: pro ut: Hinc fit, quod: pro ut. Non requiritur, quod anima nostra sit materialis: pro: ut &c Sic Castellio Joh. 6, cap. 6. Qui fit ergo ut is de cœlo descendisse dicatur? Non est necessarium, quod homo ratiocinetur per corpus, sed satis est, quod corpus aliquo modo deserviat intellectioni. Mercatus: dicendum erat: ut.

Mirabile est, res adeo distantes corpus & spiritum tanto fœdere cōjungi, quod unam propriissimè naturam componant. Idem: Dicendum fuit, ut.

Ea est majestas oris tui, quòd eam vix sustineam, pro ut.

Quoties dicitur causa? ℞. Toties.

Quotupliciter, Quot modis dicitur causa? ℞. Totupliciter, tot modis, tribus modis, tripliciter, multipliciter, ἰσαχῶς est æquè multipliciter. Vid. Arist. Græc. in 1. philos.

Quindecagonum Buteonis.

Jacob. Peletarius rectè hoc notans virgula censoria malè, inquit est conformatum græco & latino charactere. Dicendum, Quindecangulum Erratula talia levia etsi in numero non pono, tamen ex iis etiam solet præjudicio quodam ingeniorum facultas in discrimen vocari.

Forma quoddam divinum est in rebus. Thomas Aquin.

Forma est quiddam divinum θεῖον in rebus quâ participatio quædam est primi actus. Sic non dicitur forma est quoddam naturale, sed quiddam naturale, Piccol. Materia est quoddam in definitum pro quiddam.

Quod pro cui Petrus Franciscus Zinus. in meditationibus passionis Christi laudatissimus.

Christus ære alieno, quod non eramus solvendo, nos liberavit.

Vitiosum esse hanc locutionem esse existimo, illam verò rectam. Cui non eramus solvendo. Ita dico. Non est huic cœtui regundo, non autem, Non est hunc cœtum regundo.

Quòd pro cur vel quapropter.
Quid est quod huic sententiæ assentiri non potes.

Quid est, quamobrē, quare, cur, quapropter huic sententiæ assentiri non potes, non possis. Sic Cicero quid est Q Naso, cur tu in hoc loco sexto sedeas, Idem, Quid est quamobrem putet te tuam cum aliquo communicare posse? Asconius Pædian: Magnopere mè hæsitare confiteor quid sit, quare Cicero Placentiam municipium esse dicat, Cn: Pompejus L. Domitio Miror quid causæ fuerit quare consilium mutaris. Hic non dicendum Quod pro Quare. Plautus in Bacc. Sed quid est, quapropter nobis malum minitemini.

Litera R.

RAMIFICARI.

IN ramos quaquaversum diffundi.

Rapinor: Rapinator. antiquata.

Rapio, raptim aufero, prædor R... ἁρπακτής.

Ratare: antiquatum.

Rati habere, id est, approbare, quod gestum est, frequens est JCtis.

Ratificare:

Ratum facere, ratum habere, quod actum est, confirmare. Joh. Roffensis: Non asserunt Paulus & Lucas calicem aut sanguinem esse novum testamentum, sed calicem illum per Christi sanguinem esse novi testamenti ratificativum: pro esse id, quo novum testamentum ratum habetur, seu esse novi fœderis confirmationem, hunc calicem confirmare testamentum novum.

Rationabilitas. Haymo Episc.

Τὸ λογικὸν, facultas rationis, potestas λογική.

Rationabiliter.

Probabili ratione, εὐλόγως: cum ratione, non sine ratione. λογικῶς, κατὰ λόγον, ad rationem accommodatè.

Ratio non tenet.

Non habet vigorem, ratio non viget, est enervis, parum aut nihil valet. μικρὸν ἢ οὐδὲν ἰσχύει, ut loquitur Arist. 2. Ethic. c. 3. parvam habet vim, ἐν οὐδενὶ λόγῳ, in nullo pretio est, propositum non concludit.

Recentari. Poëticum.

Renovari, recens fieri. Theologi utuntur. In cœna Domini memoria ejus recentatur, passio ejus recentatur, i. e. animo recolitur. Nec ego verbum hoc repudio, quia satis significans & non durum est. Orator pro recentare studia dicit recolere studia. Dicitur etiam eleganter memoriam alicujus replicare & refricare: ut; ad Academicæ nostræ conversationis memoriam honestam refricandam &c. Replicare memoriam annalium, temporum, id est, reducere in memoriam tempora.

Recidivare. Bielis. & recidivare in peccata, Dion. Carth.

Relabi in febrim, vel morbum, recidere in peccatum.

Recommendo.

Commendo, fidei, virtuti tuæ committo concredo.

Recompensari.

Sapientia nō potest recompensari: Barb. Latini eleganter: Sapientiæ nullum pretium par potest rependi. Sapientiæ æstimationem pecunia metiri nequit: Sapientiæ paris momenti pretium, seu τιμὴ ἰσόῤῥοπος (Arist. 9. Ethic. c. 1.) reperiri non potest.

Psalmus hic applicabilis est ad regratiandum Christo pro beneficiis. D. C.

Usurpari potest ad gratiarum actionem seu ad agendum gratias.

Rectificativus habitus.

Habitus dirigens actionem, moderator actionis, aliàs directivus in agendo.

Referendarij, Apocrisiarij.

L. Qui referunt ad Principem Episcopum, aut Papam. Ἀποκρίνομαι enim est respondeo.

Registrare, registrum, Barb.

In tabulas referre, in libellum referre. Rationarium, liber rationum, ἐφημερίς.

Regratiari Deo. Dion. Carth.

Gratiam habere seu tribuere Deo pro beneficiis, meritam seu debitam gratiam memori mente persolvere.

Recompensare.

Pro recompensare dic compensare, exæquare, rependere beneficium, quasi remetiri, reponere, reddere, ἀποτίνειν, ἀποδιδόναι ἀμοιβάς, reponere gratiam be-

beneficio parem, malam gratiam reponere. Quod huic negotio diminutum est, industria tua compensabis, exæquabis, Ciceronianum est. Itaque etiam pro recompensatio dices, remuneratio, compensatio, quæ græcis est ἀντικατάλλαξις usitatissima Politicis Oratoribus & Logicis. Estq; his ἀντικατάλλαξις unus è modis refutandi vitiosas conclusiunculas.

Regulabili ratione. Biel.

Moderabili ratione, quæ regi potest.

Regulare.

Exemplar regulat animam, ne erret. Tu dices, est norma seu regula certitudinis.

Rejuvenescere.

Renasci, de integro juvenem fieri.

Remediare.

Medicari, mederi, medicinam afferre.

Rememorativum.

Ecclesiasticorũ rememorativũ non prorsus rejicio: Crux adoratur nõ per modum termini, sed rememorativi. Francisc. de Mayronis. Christus in cruce rememorative adoratur ac si esset præsens Picus: pro, in signo reducente seu revocante in memoriam, in mnemosyno, in signo ἀναμνηστικῷ. Rememoro verbum Barbarum non est.

Remissa.

Ecclesiasticis scriptoribus hæc vox familiaris est, quam non damno, pro, Remissione, ut Remissa peccati, errati, pœnæ dicitur, pro remissione, gratia, veniâ vel relaxatione ejus.

Remorbesco.

In morbum recido.

Renego.

Denego, renuo.

Rephlebotomatio.

Iterata phlebotomatio.

Phlebotomiæ iteratio, iterata phlebotomia, quæ græcis est ἐπαφαίρεσις. Fernel. lib. 2. de arte medendi. Sic pro phlebotomari dices, sanguinem mitti, incidi venam.

Repropitiari.

Qui peccavit, sine ulla mora Deum sibi repropitiari festinet, pro, reconciliari Augustin. serm. 58. de Tempore.

Resistibile: irresistibile.

Scholasticorum sunt pro eo, cui potest resisti, cui repugnari, resistari non potest: Vis simpliciter vel præcisè irresistibilis: voluntas prorsus irresistibilis pro vis cui resisti nõ potest, quæ prorsus est inevitabilis seu indeclinabilis.

Resolutè hinc intelligitur.

Clarè, expeditè, explicatè ex eo intelligitur.

Res renascenda, denuò fienda.

Res, quæ renascetur, res denuò generanda & edenda. Noli mirari, quod tibi dixerim vobis esse renascendum, id est, oportere vos denuò gigni. Castal. in 3. cap. Joh.

Retractare.

Forte Librarij σφάλμα est: Reperi id nuper apud quendam [illegible] Impromendum erat: Retractare. Est autem retractare aliquid, 1. simpliciter iterum tractare, repetere. 2. cum emendatione aliquâ vel diligenti examine. Ita scripsit Augustinus libros Retractationum: Ex Cice ad Atticum opus Retractationis dici pro Emendatione. Sic dico: Opus meum exit retractatiùs & castigatiùs, id est, limatiùs.

Revalesco.

Convalesco, è morbo recreor, convalesco, relevor.

R

Recogitare tempora facta.

Excitare memoriam ad præteritorum temporum (vel factorum) cogitationem. Hæc phrasis in lucem revocanda eſt. Revocare verò ad memoriam ex recogitare Scholaſticis D. relinquendam, pro Recognoſcere.

Repropitiari.

Qui peccavit, ſine ulla mora Deum ſibi repropitiari feſtinet pro reconciliari. Auguſtin. ſerm. 58. de tempore.

Rogarij Gloſſar in 5. Pompejum Feſtum.

Rorarij (a rore) milites, qui levi armatura primi prælium committebant, quòd, ut ante imbrem fere rorare ſolet, ſic illi quòd ante gravem armaturam prodirent rorarij dicti: Græcè ἀκροβολισταὶ, ἀκρόβολοι. Hinc vinum rorarium, quod dabatur rorariis.

Litera S.

SAGITTARE NEOTERICORUM.

Jaculari, jaculo petere, ſagittam torquere, jaculo figere, jaculum emittere. Pro ſagittator dices ſagittarius: pro ſagittatus, ſagitta ictus.

Saltem.

Saltem particula non diminuit, ſed reſtringit ad minus: Pariſ. conſil. 34. num. 7. lib. 3. Recentiores ſcriptores ſæpe hâc voce utuntur pro duntaxat: (Abuſus hic ſeu error nunc ferè eſt Oecumenicus) id quod improbant, qui in literaturâ Latinâ familiam ducunt. Sapiens ἐνθυμήματι ἴσω. Quis ita loquentem ferat? Deus ſaltem unus eſt, pro, Deus tantùm ſeu ſolùm unus eſt. Omnis cauſa ordine ſaltem naturæ præcedit effectum: Axioma verum eſt; Omnis cauſa ordine tantum naturæ præcedit effectum: Axioma falſum eſt. Cæcus igitur ſit, qui non videat, Tantum & Saltem non eſſe idem. Si non ab omni pœnâ immunis eſſe, ſaltem mitiùs puniri debet: Ita rectè loqueris: Si hic pro Saltem diceres Tantùm, errares ſanè. Non eſt hoc ἀμφίβολον: Sic: Elegans quidam vir, Viduare non ſaltim de uxoribus dicitur, aut quæ ſub fœminarum ſunt genere: ſed omni ſpolio. Dicendum erat ſolùm. Eſt ſaltem pugna imaginaria, es iſt nur ein ſpiegelfechten. Dicendum erat: Tantùm.

Salvum conductum dare

Sic loquuntur ὑπόξυλοι (lignei) Tu dices: publicam fidem dare, gleite geben/ Salluſt. ἄδειαν δοῦναι. Pauſanias. Sic loquitur etiam Ariſt. 5. Eth. c. 4. Salluſt. in Jugurth. Qui Romam fide publica venerat.

Scenofactoria: Compoſ. è Græc & Lat.

Utitur Haymo Epiſcopus in explic. epiſt. ad Corinth. Tu dices pro eo, confectrix Tabernaculorum, ars faciendi tabernacula: σκηνοποιὸς erat Paulus Apoſtolus, id eſt, confector tabernaculorum.

Sapida divinorum notitia. Schol.

Sapientia Θεοσοφία.

Scinda ſphæra.

Barbarum hoc in Geometria. Itaq; malo periphraſin ſeu ἀφαίρεμα, pars ſphæræ, quanta duobus ſemicirculis ipſius maximis ſuper axe ſeu diametro in angulum coëuntibus interſepitur.

Sciÿ artis. Hermol. barb.

Scientes arteis.

Scrutinio conſequi.

Indagando, perſcrutandoq; conſequi.

Secundum quod ſtat ſub nominibus primæ intentionis.

Sic loquuntur, qui ſ inigui utuntur oratio-

tionis genere: Tu dices: Quâ ratione subjicitur nominibus primæ impositionis seu institutionis.

Semper vel communiter ejus lingua sonat hoc:

Semper vel plerunq; hoc in ore habet. Nihil ferè nisi hoc crepat: crebris sermonibus usurpat hoc in suis concionibus de misericordia Domini. Omnes Pauli Epistolæ crepant Gratiæ vocabulum; quod, quoties audis, intellige tibi commendari Dei misericordiam &c. Erasm. Roterod. Sic dicimus: Paulus nil nisi Christum sapit, sed alio sensu.

Sensaria animæ pars. Hermol.

δυνάμις αἰσθητικὴ, pars sentiens, sensus.

Semivirtuosus.

Qui præditus est tantùm διαθέσει honestâ; in quo non est solida virtus; ἡμισπουδαῖος, ad imitat. Arist. 6. Ethic. ubi dicitur ἡμιπόνηρος, id est, qui διαθέσει quadam vitiosa præditus est, semimalus. Sicut contra πονηρὸς est, qui confirmato habitu improbitatis laborat; qui improbitatis ἕξιν contraxit.

Sensiterium.

αἰσθητήριον, organum sensui accommodatum seu destinatum, sentiendi organon.

Sensatus Insensatus. Non satis sensatus, Dion. Carth. & virtus Biblior. vers.

Sapiens, habens sensum, valens sensu, satis sanus. Minùs compos mentis pro hoc Dionys. Carthus. Est sensatus in verbis, & loquitur sapientialiter, dic loquitur sapienter, cordatè. Nota hîc sensum interdum sumi pro mente.

Sensifico.

Augustini verbum est, pro, sentire facio; (sic αἰσθητήριον philosophi Latinè verterunt instrumentum sensificum) Anima est sensibilis, id est, potentiam habet sentiendi, quia oculis colores, auribus sonos, naribus odores, palato sapores, manibus aspera vel levia sentire facit, inquit August. lib. de cognitione veræ vitæ c. 5. & ibidem eodem sensu aiꝫ; Anima invisibilis, sed sensibilis, visibile corpus, occulta vi sensificat & vivificat. Sensificum est Macrobij.

Sententionatus ab Ecclesia. Thom. Aq.

Pro damnatus sententia Ecclesiæ. Qui benè operatur, à judice summo justus esse sententiabitur. D.C. pro hoc dic, Justus pronunciabitur.

Servitiosus alij. B. Cocles.

Officiosus in alium, alij facilè gratificans.

Sessum capere.

Pro Sedem, cōcedere sessum. Sessum hic supinum, non nomen est, fingen gehet. Sic illos recipiamus sessum.

Signire.

Signare, insignire, signum imprimere, signo notare, consignare, sigillo obsignare. Ulpian.

Silentiarius.

Novum est, pro imperans silentium, & ea curans, quæ ad quietem pertinent. P. Molineus; Minister arcanorum Principis conscius, qui arcanis principis silendis interest. Procopius. Sic auricularius.

Similitudinariè.

Mellius est Transsumtivè, per similitudinē, impropriè, metaphoricè, translatitiè, tralatitiè, cui opponitur propriè, verè, naturaliter.

Situatum est oppidum inter duos montes.

L. Inter duos montes interjacet. Inter duas syrtes interjacet. [illegible]

bus syrtibus interjacet. Columell. Dicas syrtes interjacet. Plinius. Campus interjacet urbi & urbem. Plinius.

Solennis.

Solennibus, id est, festis diebus, in singulos annos statis, quorum Cerimoniæ dicuntur solennitates.

Solstitium hyemale.

Nemo eorum, qui castè integrèq; locuti sunt seu in lingua Latina versati, solstitium hyemale, sed Brumam appellarunt tempus illud, ait Scal. exer. 28. Et Lucret. doctiss. Poëta, solstitium appellat τὴν θερινὴν τροπὴν Solis, ut brumam τὴν χειμερινήν. Hoc omnes veteres servarunt à minoribus depravatum, ait Ob: Gifanius in collect. in Lucr. Cicer. lib. 2. de nat. Deorum. Solis accessus discessusque solstitiis brumisq; agnoscitur. Sed recentioribus duo Solstitia demus.

Solvendo as alienum non est.

Non est solvendo æri alieno.

Somnietas.

Somni natura: vel immoderatio, seu nimietas, ὕπνου περιττεία. Nimietas pro superfluitate in barbaris non habeo, etsi Cicero non utatur. Est vox hæc Columellæ Plinij & Jurisconsultorũ. Nunc rarissimè usurpatur. Ut autem ab Anxius anxietas, sic a Nimius fecerunt nimeitas.

Sophisticari.

Cavillari, argutari, σοφίζεσθαι.

Specificari per Formam.

Perfici per formam.

Specificabile.

Quod potest perfici, vel fieri certa ὄντος species.

Specificatum.

Contractum ad speciem, definitũ specie.

Speculatur. pass.

Non est in speculo res quæ speculatur in illo. Monach. Alanus; pro non est in speculo res, quam speculamur in illo.

Squybala.

Medici σκύβαλα vocant duriora excreméta, quæ vulgo βαρβαρίζοντες squybola nominant. Joachim. Camerar.

Stat pro sumitur. Biel.

Deus hic stat personaliter pro Filio, i. e. accipitur, sumitur, ponitur, At probum est & elegans; Conclusio stat, cui opponitur, conclusio jacet.

Stat pro consistit.

Omnis difficultas stat in eo, ut videatur &c. Javell. ut annotat festivissimus Frischlinus in Prisc. vapulante. L. versatur, consistit.

Sub apparentia veri, recti;
Sub prætensione Boni.

Specie veri seu obtentu, utrumq; Cicero; Obtentu seu specie boni.

Suadeo ad pacem.

Suadeo pacem, sum suasor pacis. Consuasor etiam Ciceronis est. Suadeo tibi de concordia. συμβουλεύω σοι περὶ ὁμονοίας.

Subolet hoc.

Subolfacio, subodoror hoc, hoc mihi subolet. Terent.

Substantivus, a. um.

Augustini est Anima substantiva, pro re-ipsa subsistente, substantivum esse, pro realiter subsistere; De Ecclesiast. dogmatibus cap. 16. solum hominem credimus habere animam substantivam, quæ exuta corpore vivit cap. 17. Animalium animæ non sunt substantivæ, per animalia hic bruta intelligit. De cognitione veræ vitæ elegantiùs

tiùs subsistendi verbo utitur, quicquid alij vitam subministrat, ipsum est necesse ut subsistat. Anima (hominis) vitam corpori tribuit. E. anima hominis realiter subsistit. Scholastici brutorũ animas vocant qualitativas.

Successivè.

Progressu temporis προβαίνοντος χρόνου; Successu temporis προϊόντος χρόνου. Demosthenes.

Summa Summarum.

Summa summarum vulgus dicit prædeniq;, quod Græcis est τὸ πέρας, τὸ τέλος, per Ellipsin præpositionis κατά. Observa interim, rectè dici Summam rerum, summam summæ, summam summarum à Lucretio pro eo, quod est τὸ πᾶν seu universum.

Super beatissimus.
Super carissimus.

Superbeatissima, supersimplicissima essentia Dei. Dion. Carth.

Superdignissima Deitas.
Supermirabile.

Supra modum beatus, ὑπερδαιμονεῖν, supra modum seu summè beatum esse, ὑπὲρ enim valde seu supra modum significat. Pro superabundo, ego dico. supra modum abundo vel redundo; Superabundo autem dicitur per Græcismum, ὑπερπλεονάζω, quo utitur Paulus 1. Tim. 1. Sic pro supervinco (quod Græcis est ὑπερνικάω utitur hac voce Paulus Rom. 8. v. 37.) ego dico; egregiè vinco.

Superioritas.

Excellentia, ὑπεροχὴ, eminentia primatus, summatus, apud Lucretium.

Superficialiter proponere, respondere, intelligere.

Populariter, leviter, obiter, exotericè, pro re nata, oben hin. ἐπιπολαίως, ἐξ ἐπιπολῆς.

Superlibenter.

Ejusdem Dionysij est, pro, quàm libentissimè, longè longèque libentissimè, plusquam libenter.

Superscriptio.

Inscriptio, titulus, ἐπιγραφὴ malo.

Superscribere.

Pro titulo insignire, ἐπιγράφειν, Modestini JCti est.

Super substantialis.

Damascen. dicit, Deum esse ὑπερούσιον. Hoc verterunt Barb. substantiam supersubstantialem. Τερατολογία hic esse videtur. Vertendum erat hic, ῥο... substantia eximiè, καθ' ὑπεροχὴν, eminentissimo modo, summè, supra substantiam. Nec placet Ens hypermetaphysicum, sed ens transcendens metaphysicum. Barbarus diceret superphysicum. Barbarus diceret supernaturale, vel supertrans naturale. Metaphysicum enim à vulgo philosophorum receptum est, etiamsi Græci μεταφυσικὸν non dicant.

Supereminenter.

Eminentissima quadam ratione Deus implet cœlum & terram, modo divino & θεοπρεπῶς. i. e. Deo convenienti, ut θεοπρεπῶς.

Supra caput, auffs haup'.

In caput; ut, funestam homini malo in inimico plagam in ipso beneficio dare, est carbones ignitos in ipsius caput ingerere.

Super lunam omnia sunt æterna

Æterna supra sunt omnia Lunam num nihil infra cornua L...

Suppeditare aliquem [illegible]

pedit.

S.

Supplantare aliquem, einem ein...
ῥ.ᾳ ὑποσκελίζειν.

Suppositale.

Suppositale esse, Scholasticis di...
... substantiæ seu naturæ ...
vel ὑποστατικόν, id est, personal...

Ex sua natura Piccolom...

Ex se, ex sua natura, sua natura.

Suus pro ejus & sibi pro...

Occurrunt ulpiam loca apu... non solùm malos, sed eti... in quibus Suum, reciproc... est pro ejus. Ita enim qui ... est ex Neophytis; Petru... amare pro eximia sua sua... mus. At sic Cicero: Q... amare pro eximia ejus ... bemus. Zabarell. lib. de ... Cœlum ideo est corru... forma sua non habet form... nam. Erasmus Roteroda... oratio nõ est incolta, in C... puero Jesu. Quemadmod... ille Jesu spiritus in nostru... redundabit: Ita noster ... suum corpus influet, & ... potest, in sese transforma... detur mihi pro Suum dic... ejus. Vide Guilielmum ... tem summum superioris... ium & Græcorum Con... gium, supplicumq; libel... gia Magistrum in aureo ... tario linguæ Græcæ p... Non parcitur sibi pro ... apud interpretes Juris ... nonici. De locis duo... dubium nobis movet ... chius. primus est lib. ... epist. 14. Semper amavi ... tum propter ejus sum... & suavissimos mores. ... Melachius, est En...

Supplantare aliquem, einem ein bein fes gen ὑποσκελίζειν.

Suppositale.

Suppositale esse, Scholasticis dicitur, τὸ εἶναι substantiæ seu naturæ singularis, vel ὑποστατικόν, id est, personal. .

Ex sui natura Piccolom.

Ex se, ex sua natura, sua natura.

Suus pro ejus & sibi pro ei.

Occurrunt uspiam loca apud autores, non solùm malos, sed etiam bonos, in quibus Suum, reciprocum positum est pro ejus. Ita enim quidam locutus est ex Neophytis; Petrum omnes amare pro eximia sua suavitate debemus. At sic Cicero: Quem omnes amare pro eximia ejus suavitate debemus. Zabarell. lib. de natura civil. Cœlum ideo est corruptibile quia forma sua non habet formam contrariam. Erasmus Roterodamus, cujus oratio nō est inculta, in Concione de puero Jesu. Quemadmodum floridus ille Jesu spiritus in nostrum spiritum, redundabit: Ita noster vicissim in suum corpus influet, & quoad fieri potest, in sese transformabit. Hic videtur mihi pro Suum dicendum fuisse ejus. Vide Guilielmum Budæum, florem summum superioris ævi latinorum & Græcorum Consiliarium Regium, supplicumq; libellorum in Regia Magistrum in aureo suo commentario linguæ Græcæ pag. 28. 29. &c. Non parcitur sibi pro ei sæpè lego apud interpretes Juris civilis & Canonici. De locis duobus Ciceron. dubium nobis movet vitus Amerbachius. primus est lib. 9. Epist. Famil. epist. 14. Semper amavi, ut scis M Brutum propter ejus summum ingenium & suavissimos mores. Hic inquit Amerbachius, est Enallage seu ἀντιχρήσεως Relativi, Pro Reciproco, suum. Alter est lib. eod. Ep. 25. Cum M. Fabio summus mihi est usus, valdeque eum diligo propter summam probitatem ejus. Rursum hîc, inquit Amerb. Enallage est ejus pro suam. Sed Vitus (cujus natura nonnullis visa fuit ἀναλογική) hic non agit rectè Aristachum. Nam canon de reciprocis & Relativis τὸ ejus in allatis exemplis approbat. In sequentibus ipsum approbat. Turpissimum est ipsum à se ipso vinci αὐτὸν ὑφ' ἑαυτοῦ ἡττᾶσθαι Plato. Oro Deum ne barbaricam vastitatem in his regionibus fieri sinat; sed Ecclesias ipsum veris gemitibus invocantes, & earum hospitia & honestam disciplinam & doctrinarum studia tueatur è ;. Tom. Declamat. Phil. Melancht.

Semper de facto Scholast.

Vera fides nunquam est sine bonis operibus sed semper operatur de facto, ut loquuntur, hoc est sua natura & immutabiliter: sicut sol nunquam est sine radiis: sua natura spargit radios.

Servitiosus Dienstbar.

Officiosus, benignus, χρηστός, facilem sui usum aliis præbens, omnium usibus, veluti patens & expositus, qui χρηστεύεται, ut loquitur Paulus ad Cor. 1. 13.

Substanteitas.

Substanteitas est prorsus βάρβαρον. Pro eo te malim dicere, Essentia substantiæ, hoc est id, quo substantia est id, quod est: nempe per se & in se subsistentia.

Syllogizari.

Syllogizari Barbarum est, pro syllogisticè inferri seu concludi: Sic dicunt Barbari: Primum principium potest syllogizari, non demonstrari ut excedens est majus excesso: Totum est ex-

cedens, pars est excessa. E. totum est majus sua parte, quæ conclusio est primum principium, indemonstrabile.

Synonymeitas.

Synonymia: Sic dicunt Barbari sursei-tas pro sursum, τὸ ἄνω.

Specificata forma Alb. Mag.

Forma in specie constituta. Sic specifica est speciem seu substantiam faciens.

Scandalizari in decore virginis.

Intuitu pulcræ virginis ad libidinem incitari σκανδαλίζεσθαι, offendi.

Stallant equi.

Stallare factum è germanico & Thusco stalla, id est, stabulo pro paulùm interquiescere seu quiescere ad emittendam urinam.

Semel pro semper Barb.

U: semel dicam. Adversarius ita semel refutatus est. Ita semel habete seu accipite. Hoc semel decrevi. Semel dixi.

Substantivari: ut mille cum substantivatur est singular:

Cum est substantivum, cum fit substantivum. Sic adjectivari dicunt pro induere naturam adjectivi.

Litera T.

TERNI LIBERI.

NOn, ut dicitur ternæ mihi sunt ædes, sic dicitur terni mihi sunt liberi, unos dedi in alienā familiam, alteros misi in Academiam Marpurgensem, tertios domi meæ retineo: sed tres mihi sunt liberi quorum unum in alienam familiam dedi, alterum misi Marpurgum, tertium domi meæ retineo. Quia in iteratione ... (subauditur) filius. Nam & Quintilianus & Jurisconsulti veteres poluerunt in singulari numero liberum pro filio. At accepi binas literas dici, non duas quarum alteris jam pridem respondi, non alteri, notius est quàm ut à me inculcari debeat.

Transmentatio.

Mutatio mentis, μετάνοια, reditus ad sobrietatem animi, ad sanam mentem, pœnitentia, sapere post factum, quod & Græcis aliquando ... ut Apostolo 2. c ad Timot, emendatio ... tæ, mutatio sensus, mētis suæ revocatio. Revocare se, id est, mutare sententiam.

Quorsum nos transversum abripuit dolor. solœcismus.

Sed quorsum nos transversos seu in transversum abripuit dolor: Ad rem redeamus.

Taciturni & placidi sitis ad me audiendum.

Lat: Favete & linguis & animis mihi verba facturo, hoc est placide au... tate. Cic. lib. 1. de Divinat. Aliud est esse taciturnum quod virtutis est, aliud tacitum, quod est actionis. Inde dicitur à Livio habere aliquid taciti non taciturnè, etwas bey sich verschwiegen halten. Græci dicunt eleganter ... lingua favere, das maul halten, mit reden einhalten. ... tæ dicunt cum Sillio; Mente favete. Græci dicunt ... interdum ... pro ἡσυχάζειν, id est, quietum esse. Daniel Heynsius in 16. lib. Sil. notis.

Testamentarius.

Pro executore testamenti non rectè usurpatur Cæteroquin latinum est.

Thesaurizo.

Ecclesiasticum verbum θησαυρίζω est. Pecuniam condo, malunt cultores & Thesaurum repono, asservo.

Non tenet argumentum vel consequentia.

Sic loquuntur barbari Scholastici, imò etiam ex latinis quidam hos imitati vel potius decepti loco Ciceronis lib. 4. de Finib de quo in verbo TENEO. Tu verò dices; Nihil conficit, nullam habet vim hoc argumentum; Consecutio nulla est, non convincit, non est πειθανάγκη, persuasio cogens, seu persuasio cum necessitate. Argumentum nihil concludit, nihil valet.

Terminativè.

Scholasticorum hoc, pro eo quod est objectum ipsum, vel modo objecti vel termini.

Tormentare.

Excruciare, cruciatibus, seu cruciamentis conficere.

Travio.

Traviare seu transviare, pro transire antiquatum est. Sic quidam legunt in Lucretio lib. 5. Traviat ignis, sed ego malo legere transmeat; vel trameat cum Gifanio. Sic tralucere pro pro translucere est apud eundem poëtam.

In tantum vel tanto, quòd, pro ut.

Sic loquitur Biel pro hoc dicendum. Adeo, ut cum subjunctivo.

Timoratè timorata gloriatio. Dionys. Carthus.

Cum timore, Gloriatio cum timore Dei conjuncta.

Hoc tento à supino tentu verbi teneo. Biel.

Hoc probè fixo Cicero. Hoc si teneatur.

Tædet prolixa oratio Isidorus.

Pro tædium parit oratio, tædet orationis verbosæ.

In tot mille hostiis.

In tot millibus hostiarum quas vocant, In toties mille particulis.

Ter millia hominum, nummûm.

Tria millia. Sic duo millia, non bis millia.

Tenere meritorium hospitium.

Exercere cauponam. Ulpianus.

Non tenere conditionem, personam suam.

Discedere, recedere, resilire a cōditione, discedere a persona sua Modestin. de usufructu lege Titio.

Tumultuat.

Tumultuatur, turbat. Sic vocifero pro vehementius clamo seu vociferor.

Taliter qualiter.

Utcunq;, qualicúq; modo, mediocriter.

Totaliter.

Omni ex parte, ex toto Cicer: Non est totaliter sapiens pro non est plenè sapiens. Cic.

Treis sub sole viris, treis super astra diis.

Treis viris, treis diis solœcismi sunt. Treis enim pro Tribus non dicitur.

Trinaria propositio.

Averrois sectatores sic loquuntur. At seu Aristoteleis propositio seu enunciatio. Conjunctione seu syndesmo una, ut Deus est justus. Opponitur ei simpliciter una, Deus est, quam vocant Averrois discipuli Binariam.

Tyrannicissimus.

Græcismus est, pro crudelissimus tyrannus.

Tyran-

Tyrannicida pro τυραννοκτόνος.

Vindex dominationis, oppressor tyrannidis, percussor tyranni, qui tyrannum necat vel necavit.

Themista mascul. genere pro Jurisprudente seu legum consulto.

Non placet. Nam Themista fœmin. gener. idem est quod Themis, θέμις, (cujus genitivus est ιδ☉ & ισ☉, Idis & Istis) seu Δίκη.

Trufator, Trufa.

Deceptor, Deceptio, est impostura.

Tangibile. vulg.

A philosophis multis receptum. Ciceroniani malunt. Tractabile, quod sub tactum cadit.

Litera U.

ULTIMATUM, ULTIMARI.

PRo ultima forma Scholasticorum dic perfectio seu forma, in qua natura conquiescit, forma constans; in qua promotionem sistit natura, non comparata ad ulteriorem operam, ideoq; excellens, σταταία, τελεία. Ultimari autem & omninò actuari Barbarorum est ultimam ἐντελέχειαν acquirere ad hoc ut natura alicujus introducatur: ut cum calor non modò alteratur, sed & mutatur in igneam naturam (unde febris existit) radicatus jam & habitualis factus. Plus hoc est, quàm calorem intendi & à medio deflectere: sicut plus est calorem esse radicatum, id est, suis firmatum radicibus, & habitualem, quàm intensum. Intemperies seu Distemperies ultimata est; quæ ad terminum & perfectionem perducta est, cum naturalis temperies subversa est seu destructa.

Huic opponitur fiens & media, quæ habet partem fientem & partem factam ac insuper futuram, id est, adhuc est in motu. Ego pro ultimari barbaro dico: Ad extremum deduci, ultimam perfectionem consequi, absolutè perfici, perfectè absolvi. Perfectè enim absolutum Ciceronianum est. Dicitur & ad exitum perduci à Cic.

Ubi mansisti ultimò vel ultimatè.

Recita ab eo loco ubi proximè d[...] restitisti. Autor ad Herenn. Et[...] ab eo in quo proximè desitum era[...] inceps incipietur. Indocti etiam [...] pro Deinceps dicunt Consequente[r].

Unde evenit, quòd: unde venis ut vero unde venit esse, exinde venit tot esse sectas

Qui ita loquuntur, discant se rete[...] sic: Ex quo tot sunt sectæ: Ita [...] fit, ut tot sint sectæ: Quo evenit, u[t] fit. Daher kömpts: Ex quo nimirum, quantû tu meus, id est, ob quam ca[u]sam. Sic Manutius inconsequens [lo]quit, est locutio, ex quo vereor, Da[...] umb oder daher fürcht ich) ne incorruptè legatur hic textus Ciceron[is] l.3. fam. Ep: Quia non obscura est [tu]a in me benevolentia: Sic fit, ut m[ul]ti velint per me tibi commendari.

Unigenea.

Quæ ejusdem sunt generis.

Unigeneitas.

Homogeneia.

Unimodè.

Pro Unimodè dices, uno modo, una r[a]tione, uno tenore. Tenor enim [...] terdum idem est, quod modus [...] gressus & continuatio rei æq[...] Sic Livius: Tenore uno tem[...] re, In einem zug vnd ohne [...]

Basil. Fab. Cic. in oratore: U[...]
nore in dicendo fluit, nihil a[...]
præter æqualitatem & æqu[...]
tem. Hic posterius est explica[...]
tis.

Ut pro quod Piccolomine u[...]

Ut pertinet ad primum.

L. Quod attinet, quod pertinet, [...]
ctat ad primum.

Usuale.

Usuale, quod usui nostro serv[...]
rum est: Usualis locutio. [...]
Barb. est, pro quo alij malu[...]
laris locutio, (oppos. phil[...]
locutio, quâ solemus uti: [...]
gò dicitur. Verba Hermo[...]
Usualis illa locutio reperi[...]
lemus plerumq; in se ipso[...]
dicere: Sed scire licet, ho[...]
primò, sed per aliud in[...]
posse.

Ut.

Solœcum est, [...] Ut, præced[...]
in tantum, vel simili part[...]
dendi Adverbiali vel no[...]
jungere Indicativum vel I[...]
quem vocant, modum: [...]
vanda, non imitanda su[...]
in Jure Justinianeo: Inst[...]
de pupill. substit. Pupill[...]
tum pars & sequela est [...]
menti, adeo, ut si patris [...]
non valeat, nec filij qu[...]
(pro valiturum sit, seu [...]
Græcus dicit ὅτως vel ὥ[...]
cus. tutor. h. t. 15. Qui [...]
jus gessit invitus, tuto[...]
compelletur; in tantu[...]
terfamilias, qui testa[...]
dedit, adjecerit se eun[...]
dare, tamen invitum [...]
non cogendum, divi [...]
toninus rescripserun[t] [...]
rint. Excusari hæc [...]
cismum: Attici eni[...]

Basil. Fab. Cic. in oratore: Uno tempore in dicendo fluit, nihil afferens præter æqualitatem & æquabilitatem. Hic posterius est explicatio prioris.

Ut pro quod Piccolomineus.

Ut pertinet ad primum.

L. Quod attinet, quod pertinet, seu spectat ad primum.

Usuale.

Usuale, quod usui nostro servit, JCtorum est: Usualis locutio. Hermolai Barb. est, pro quo alij malunt, popularis locutio, (oppos. philosophicæ) locutio, quâ solemus uti: Quod vulgò dicitur. Verba Hermol in 4. phys. Usualis illa locutio reperitur, quâ solemus plerumq, in se ipso esse aliquid dicere: Sed scire licet, hominem non primò, sed per aliud in seipso esse posse.

Ut.

Solœcum est, τῷ Ut, præcedente. Adeò, in tantum, vel simili particulâ intendendi Adverbiali vel nominali subjungere Indicativum vel Infinitivum, quem vocant, modum: Itaq; observanda, non imitanda sunt, quæ sunt in Jure Justinianeo: Instit. lib. 2. tit. 16. de pupill. substit. Pupillare testamentum pars & sequela est paterni testamenti, adeo, ut si patris testamentum non valeat, nec filij quidem valebit. (pro valiturum sit, seu valere possit) Græcus dicit ὅπως vel ὥστε. lib. 1. de excus. tutor. h. t. 25. Qui tutelam alicujus gessit invitus, tutor ejus fieri non compelletur; in tantum, ut, licet paterfamilias, qui testamento tutorem dedit, adjecerit se eundem curatorem dare, tamen invitum curam suscipere non cogendum, divi Severus & Antoninus rescripserunt, pro, rescripserint. Excusari hæc possunt per Atticismum: Attici enim ὥστε & ὅπως cum Indicativo construunt. Ejusmodi est, quod Ut causali subjungitur infinitum verbum in leg. 62. ad L. Falcid. In lege Falcida hoc esse servandum Julianus ait, ut si duo rei promittendi fuerint, vel duo rei stipulandi, siquidem soli sint, in eâ re dividi inter eos debere obligationem. (pro debeat obligatio) Solœcophanes hoc excusetur per Græcismum: ὡς διαιρεῖσθαι, (ut hoc Horatij: Non Babylonios tentaris numeros, ut melius, quicquid erit pati (ὅτι φέρειν, id est, ut melius patiaris, quicquid erit) vel, si fortè hoc tibi placeat, expungatur Ut, & constructio omninò constabit. Geminum his illud Ulpiani: Hodieq; obtinent in ut differenter Quæstores creari (pro ut indifferenter creentur) l. unic. de offic. quæstor. Tmesis seu διακοπὴ hic & Hellenismus est, vel Ut tollendum est, ut redundans. Vide 1. parerg. sap. Gentilis. Addo solœcismi hujus exemplum ex cap. 28. Soliloq. August. Ipsa etiam reprobatorum oratio vertitur in peccatum ut si etiam usque ad cœlos ascenderint & caput eorum nubes tetigerit & inter sidera cœli collocaverint nidum suum quasi sterquilinium in fine perdentur. Hic Augustinus subjunxit particulæ. Ut non positæ τελικῶς, sed ἐκβατικῶς indicativum, pro perituri sint, vel perditum ituri sint.

Zelare.

Æmulari, invidia moveri, Zelo commoveri, Zelo ardere, æmulari cum invidia, & livore. Gloriam alicujus Zelare in veter. vers. Eccles. pro æmulari, appetere, ardenter seu ardenti studio. Ne Zeles mulierem sinus tui 9. cap. Ecclesiast. pro uxorem in sinu tuo requiescentem ne ames, ut Zelotypus.

Zindela.

Serica tela simplex, Bindel.

Jocundari, jucundari, jucundare, jocundus.

Augustini sunt jucundare pro voluptate afficere & jucundari pro delectari seu oblectari vel in voluptate esse, refici, recreari, jucunditate perfundi, relaxare animum & dare se jucunditati, Cic. Itaq; dices pro hoc Augustino. Anima suavissimis jocundatur odoribus, Spiritus recreantur seu reficiuntur &c. Pro hoc, Jucundemur labore confecto, jucundè vivamus. Cic. Jucundi acti labores.

Pro jocundus dic jucundus, Qui alteri est voluptati. Gratus ab eo differt, ut species à genere. Nam jucunda sunt item grata, sed non contimuò grata sunt etiam jucunda. Grata ægroto est medicina, verum injucunda & insuavis: sed sitienti vinum bonum & gratum & jucundum est.

Juvativum fortiter.

Hoc electuarium est fortiter (id est valde) juvativum.

Tu dices: Ad valetudinem multum juvat hoc electarium.

Judicabile. Doctis hoc judicabile est.

Quod judicari potest: quod cadit sub judicium, quod facile est judicatu, de quo potest fieri judicium εὔκριτος λόγος dicunt græci: Latinus non potest hoc interpretari Judicabilis oratio, sed sic: Oratio benè distincta, perspicua, ad intelligendum facilis interprete magno illo, Orator. J. Sturmio. in elocut. doctrina pag. 548.

Juxta mare venit.

An dicatur hoc satis latinè, haud sció, cùm præpositio Juxta non soleat notare motum ad locum, sed quietem vel motum in loco, ut si dicam sedet juxta mare, ambulat juxta mare. D. Piscator. Dices igitur, Venit ad mare. Sic Horatius: Ad mare cùm veni.

Vel & Aut pro An. Jovel.

Quæritur utrum locus sit entitas respectiva vel absoluta quidditas Aristoteli maximè dubium videbatur, esset ne cœlum corpus univocum, vel duntaxat analogum. Sic ἀγεωμέτρητοι philosophi pro An. Sic: querar vel sileam, pro an.

Vel pro sive Zab. in comm. in 1 poster. Sive causæ vel non sint, satis est. si cognoscamus hæc duo media non esse ejusdem ordinis.

Sive sint causæ, sive non.

Sive velim, sive nolim, cogor certam defendere sententiam. Sic Cicero; Nulla ejusmodi adstrictus sum necessitate, ut mihi, velim, nolim, sit certa quædam tuenda sententia.

Visorium apud Hermol.

Malunt alij organum aspectus, ut protectorio, organum tactus.

Venerosus.

Venereus; libidinosus, deditus venereæ voluptatis.

Verifico, verificari.

Probo, verum esse ostendo, verum reddo.

Versorium à verro:

Scopæ ein Besem/ Detersorium aliud est, nempe peripsema, περίψημα, ein Abewisch. Scoparius scoparia, cujus ministerium est scopis purgare. Ulpian.

Vis incumbit vel affertur mihi hoc agendi.

Necessitas incumbit mihi hoc ag... necessitas mihi affertur responde... assentiendi, abeundi.

Vafrissimè colligis J. Roffensis.

Vaferrimè colligis.

Verticatio.

Verticatio pyramidis in aëre. Est ... ment. in Opt. Alhazeni pro ... hi arridet fastigiatio pyramidi...

Vicinari alicui. Barb.

Lat. Vicinum fieri alicui.

Victimari.

Lat. In victimam occidi, in v... confici, immolari, sacrificar... mari utuntur, qui inquinati... tur.

Victorialis litera.

Judices cum Cic: Hæ literæ ... ciatrices victoriæ: Hæc ... nuncius vel nuncia victo... sunt victrices, i. e. victori... stiant, prædicatione impro...

Victualia.

Cibaria, commeatus. Cic. & ...

Violentari.

Voluntatem violentari inclu... dictionem Barb.

Lat. Cogi, necessitate adstri...

Vocalis contrarietas

Vocalis contrarietas dicit S... ponit ei Realis. Nos ve... guam dicimus & dissensi... bis.

Prima jam vice hoc ex...

Delicatæ autem hoc sæpi... Nunc primum experio... nunquam idem expertus... laus Perottus, cavendu... ne dicatur Hac vice ta... mel tantum. Nec una ... sed semel tantum. Nec ... aut quatuor vicibus, se... ter. Nec Quot vicibu... Nec multis vicibus, ... sed plerunq; vel sæpe...

Verticatio.

Verticatio pyramidis in aëre. Est in comment. in Opt. Alhazeni. pro hoc mihi arridet fastigiatio pyramidis.

Vicinari alicui. Barb.

Lat. Vicinum fieri alicui.

Victimari.

Lat. In victimam occidi, in victimam confici, immolari, sacrificari. Victimari utuntur, qui inquinatè loquuntur.

Victoriales literæ.

Tu dices cum Cic: Hæ literæ sunt nunciatrices victoriæ: Hæc Epistola est nuncius vel nuncia victoriæ: literæ sunt victrices, i. e. victoriam denunciant, prædicatione impropria.

Victualia.

Cibaria, commeatus. Cic. & L. Vall.

Violentari.

Voluntatem violentari includit contradictionem Barb.

Lat. Cogi, necessitate adstringi.

Vocalis contrarietas.

Vocalis contrarietas dicit Scotus & opponit ei Realis. Nos verborum pugnam dicimus & dissensionem in verbis.

Prima jam vice hoc experior.

Delicatæ aures hoc respuunt. placet: Nunc primum experior; Ante hac nunquam idem expertus sum. Nicolaus Perottus, cavendum, inquit, est ne dicatur Hac vice tantum, sed semel tantum. Nec una vice tantum, sed semel tantum. Nec duabus tribus aut quatuor vicibus, sed bis, ter, quater. Nec Quot vicibus sed Quoties. Nec multis vicibus, nec multoties, sed plerunq; vel sæpenumero. Nec faciam hoc alia vice, sed aliàs. Nec prima, secunda, tertia vice, sed primo, secundo, tertio (vel primùm secundùm, tertiùm) Nec ultima vice, sed demum, tandem, postremo, ultimo, vel postremùm, ultimùm.) Terent. Nec illic ridebam primo. Erasm. Rot. Cum primùm esset baptissaturus infantem. Idem. Venia primùm experienti. Idem Act. 10. Hoc autem factum est tertio. Attamen idem Johan. ultimo: Hac jam tertia vice manifestatus est discipulis Jesus, pro. Ita jam tertio sese exhibuit discipulis. Pro prima vice nusquam inveniri etiam asseverat Cornelius Crocus.

Versificare extemporaliter.

Ex tempore versus fundere, idest, subito: ex tempore, ipso penè calami ductu versus facere. J. Lud. de la Cerd.

Voluptat.

Voluptate afficit, oblectat, delectat, voluptatem animo affert.

Voluptuatur Musica.

Delectatur Musica, oblectat se cum Musica, in Musica.

Vestigialiter.

Per modum vestigij. Creaturæ quæ sunt intellectus & voluntatis participes repræsentant Trinitatem per modum imaginis, aliæ per modum vestigij G: de Valent. quia imperfectè illam repræsentant.

Veritas non quærit angulos. Vulg.

Inter barbara numerat quidam. Verùm huic non assentior, etsi non negem elegantius dici, Veritas non quærit, non amat latebras. Hoc autem improbo, Veritas non vult absconsa esse in angulo, pro abditè latere. Pro Absconsum dico abditum.

ΠΡΟΣΘΗΚΗ.

Ad invitationem ejus adsum Germanis. auff sein Laden vnd erfordern.

Invitatu ejus assum. Sic Cicero coactu, impulsu & efflagitatu ejus feci.

Æstuatus.

Æstu affectus.

Ab intus, ab intro.

Intus, intrinsecus.

Æternaliter.

In tempus sempiternum, immensum, infinitum. Cic.

Animarius appetitus Piccolominei.

Animalis appetitus, ὁ ψυχικὸς.

Amat sic, ut nunquam magis.

Amat, ut cum maximè. Terentius.

Sic Cicero. Domus celebratur ita, ut cum maximè.

Ab omni parte locové quærere.

Undiq; (vel ex omnibus locis) perquirere & investigare. Uno verbo eleganter Anquirere, ubi An significat circum. Cicero in officiis ex lectione Georgij Fabritij. Ut omnes locos, qui insunt in ea re de qua scribimus anquirentibus nobis omniq; acie ingenij contemplantibus ostendunt se & occurrunt.

Adtholare Adtholari.

Μικτὸν est ex latino & græco Ad & θόλος, quod subjecit mihi nobile ingenium Casp. Barth. pro ανατίθημι suspendo tholo, dedico, consecro. Virgilius, suspendi tholo dicit.

Æstimatio: ut & Reputatio, pro existimatione, vel hypolepsi, & vis æstimativa animæ, pro existimatrix.

Dices, existimatio, ὑπόληψις, opinio. Bona existimatio divitiis præstat, id est, nomen, fama. Dicitur autem existimatio, cùm de eo, qui existimat, (*activè*) tum de eo, de quo alij existimant, (*passivè*) ut, violare alicujus existimationem, id est, nomen, famam, Lambin. in Eth.

Quid æstimas nobis faciendum?

Quid censes, putas, nobis faciendum? Quid es nobis autor? *Cic.* id est, quid suades? Periphrasis hic retinet casum verbi, pro quo ponitur.

Æruscare: obsolet.

Pecuniam undiq; quibuscunq; artibus aucupari & colligere. Usitatum nomen hodieq; Æruscator pro eo, qui homines decipit pecunia, de quorum genere impostores illi, qui subæratos nummos aliis annumerant.

Advolvi genua, adhærere corpus, assidere latus adjacere sponsam. ἀρχαϊσμοί.

Volvi ad genua: advolvi genibus, accedere ad pedes alicujus, sedere ad latus, ad sponsam adjacere, ad corpus adhærere, vel, hærere ad corpus, vel adhærere corpori: Sic ἀρχαϊσμὸς est; Advertere animum hæc: pro, vertere animum ad hæc. In his autem omnibus archaismis præpositionem verbo adscripserunt, nomini denegatam.

Ampullari.

Pro eo fortè malis illud Horatij: Projicere ampullas (λέγων ληκυθίζειν) & sesquipedalia verba. ἡ λήκυθος ampulla est, 4. Eth. Nicom. Arist. c. 5. Sed ampullari barbarum non est, utitur eo Horatius.

Artificiatum. Piccol.

Arte factum: τέχνημα, artificialis.

Æ.

Assistentiâ tuâ opus habeo.

Societate auxilii tui, præsidio, patrocinio, te ...

Acidiari, acidiosum fieri: vers. Eccl. Dionys. Carthus.

Remissum fieri. Barbara vox est ... dia, quæ significat tædium ... boris, G. ἀκηδία, cui contra... ria, industria.

Adhuc semel. Idiotism. G...

Iterum, secundò, denuò.

Agonizat ejus anima. Agoniz... tare, Ex Idiotism. Græ...

Est in extremo agone, jam ... inter superos, ut loquitur ... terodamus; Jam exspira... tam, (quod Græci per ... munt, elleipsi Accusativ... ἔχειν ἐσχάτως, in extremum ... esse, in letzten zügen sein.

Decertat. pugnat, pro verita... cum Adversario pro veri... dicunt ἀγωνίζεται.

Æditumus, æditimor: ...

Pro his nunc æditus, ab æd... ædem tueor q. æditu... Varro. A Lucretio hoc ... firmatur, quippe qui æ... xerit pro æditus. Porrò ... volunt æditimum dictu... timum, non placet: N... timus est quasi legis int... nitimus, quasi finis int... & æditua genere fœmin...

Assiduare. Versor vetus...

Assiduare flag...

Frequenter usurpare. pr... sui est continuare.

Amphibolog...

Minus hoc probum, et...

Aſſiſtentiâ tuâ opus habeo.
Societate auxilii tui, præſidio, προσδεῖν, patrocinio, te προσδεῖται mihi opus eſt.

Acidiari, acidioſum fieri: verſ. Eccleſiaſt. & Dionyſ. Carthuſ.
Remiſſum fieri. Barbara vox eſt ab Acedia, quæ ſignificat tædium honeſti laboris, G. ἀκηδία, cui contrar. φιλοπονία, induſtria.

Adhuc ſemel. Idiotiſm. Germ.
Iterum, ſecundò, denuò.

Agonizat ejus anima. Agonizat pro veritate, Ex Idiotiſm. Græco.
Eſt in extremo agone, jam deſinet eſſe inter ſuperos, ut loquitur Eraſm. Roterodamus; Jam exſpiraturus eſt vitam, (quod Græci per τελευτᾶν exprimunt, elleipſi Accuſativi. Dicunt & ἔχειν ἐσχάτως, in extremum adductum eſſe, in letzten zügen ſeyn.
Decertat, pugnat, pro veritate, luctatur cum Adverſario pro veritate; Græci dicunt ἀγωνίζεται.

Æditimus, æditimor: antiq.
Pro his nunc æditus, ab æde & tuendo: ædem tueor q. æditu or Lucretii eſt. Varro. A Lucretio hoc etymon confirmatur, quippe qui æditu entes dixerit pro æditu is. Porrò quod quidam volunt æditimum dictum q. ædis intimum, non placet: Nec enim legitimus eſt quaſi legis intimus, nec finitimus, quaſi finis intimus. Dicitur & æditua genere fœminin.

Aſſiduare. Verſor vetus Eccleſiaſtic.
Aſſiduare flagella.
Frequenter uſurpare: pro eo Plinius uſus eſt continuare.
Amphibologia.
Minus hoc probum, etſi vel ipſe Er. Rot. ſæpe utatur, putatur ab iis, qui tantùm utuntur voce ἀμφιβολία, ſic ἀμφιβόλως vel ἀμφιβολικῶς, id eſt, ambiguè, non autem ἀμφιβολογικῶς. Porrò ἀμφιβολογία non eſt ab ἀμφίβολος & λόγος: Dicendum enim eſſet ἀμφιβολολογία, amphibolologia, quod prorſus caret autore.

Aporiari: fact. à verb. ἀπορεῖν.
Pro *Aporiari* interpretis ſeu verſoris vet. Teſt. dices, adigi in anguſtiam, in arctum cogi, valde premi rei familiaris anguſtiâ; redigi ad ſummam anguſtiam, adduci in anguſtias, perplexum eſſe, & hærere, inopem eſſe conſilii. Ἀπορία enim dubitationem, indigentiam conſilii, inopiam ſignificat.

Brutalis factus eſt.
Mens ejus ex ſtatu & ſede ſua dimota eſt: obbrutuit.

Compedire, compediti.
Pedibus conſtringere ſeu colligare, mente capti.

Condividere ſcientiam, mittheilen.
Sic Dionyſ. Carthuſ. barbariſſimè pro communicare cum aliquo.
Coæquævus.
Coævus, Æquævus.

Conſeſſio Senatorum.
Conſeſſus Senatorum, der ſitzende Raht.

Communiter pro frequentiſſime fit hoc.
Plerunq; hoc fit. Communiter aliqua re uti aliud ſignificat, nempe communionem. Significat unà, promiſcuè, universè, de communi ſententia: ut. communiter ita pronunciatur.

Enumero inter, pro in eundem numerum refero.

Aliud

Aliud est enumerari aliud annumerari. In actis Apost. cap. 15. 28. Scortationem inter adiaphora enumerari verum est: Adiaphoris annumerari, in indifferentium numero poni, seu in adiaphoris numerari, hoc est, pro adiaphoro haberi, seu in adiaphoris haberi falsum est. Alius enim generis actio est, nempe καθ' ἑαυτὸν vitiosa.

Exterminium. Exterminare Scholasticorum ut D. Carthus. pro perditione & perdere.

Pro extermino in hoc significatu malim interfectio, occisio: pro exterminare perdere destruere. Pro hoc Ægyptiorum nobiliores simul cum Rege suo exterminati sunt dico perierunt, interierunt submersi sunt in rubro mari. Exterminare autem Ciceroni est finibus expellere exturbarevé, quasi extra terminos ejicere, ut exterminare aliquem ex Hassia græcè ἐξορίζειν.

Sed objici potest Exterminare pro evertere, è medio tollere, verderben. verstören/ usum esse Ciceronem pro domo sua.

ℵ. istos loci Exterminator significat expulsorem seu exturbatorem.

Deus creavit hominem inexterminabilem. vet. vers. Bibl.

Deus creavit mortis expertem, immortalem, immortali vitæ conditione, sempiternum.

Expedientius est. Schol. D.

Utilius, magis expedit, Apud Plautum est conducibilius.

Eat quisq; in cor suum Germanis. M. L.

Quisque excutiat se ipsum.

Pro rei Exigentia.

Prout res postulat, ut res exigit, nach notturfft der sachen.

Ex multo tempore & adhuc Germanis.

Jam olim mihi summa necessitudine junctus est, lange gewesen von alt.

Jam olim barbaris odio sunt literæ. Barbari dicunt sunt odibiles.

Excessivè.

Extra modum, præter modum, ultra quàm satis, nimium, plus æquo, ultra medium, seu μεσότητα.

Evidentaliter apparet.

Evidens est.

Evincitur hæc sententia (pro evertitur.)

Νεόφυτος quidam scriptor ita locutus est contra morem stylumq; Lat. notam Dicendum. Hæc sententia enervatur evertitur. Evincere enim est, erzwingen/ conficere, concludere, cogere & vinci est convinci, obtineri, confici, cogi. Sic dicitur à Cicerone. Ergo bus idquod volumus evincitur, conficitur, cogitur (συνάγεται græcè.)

Extumulare. Schol.

Humo, tumulo, effodere, eruere, mortuos effodere, ossa alicujus effodere ἀνορύττειν. Exhumare probat Perottus pro extrahere ex humo.

Exinde, Exin pro ex eo

Exinde significat ordinem, ut Deinde. Indidem significat ex eodem loco.

Ex disposito convenerunt. Macrob.

De industria, ex pacto & convento seu convento. Cicero.

Imprimere suas observationes in Germania pro typis describere, excudere

Est, qui hoc carpat. Sed licere in ...

uti novo verbo, sentit Nizolius. Ejus sententiæ meadscribo. Sic Cisiojanus novum seu νεωτερικὸν recentiorum artificum, pro Calendario syllabico, seu libello continente mensium & festorum dies, loco non novo.

Irrefrenatè irasci.

Irasci supra modum. Graviter exardescere iracundia & stomacho. Cic.

Incinerari. Scholast. D.

In cineres redigi.

Insolesco pro in consuetudinem venio.

Inolesco.

Intentio pro fine.

Malim Scopus propolit⁹, προκείμενον σκοπὸς, Galenus.

Mala mensura.

Maligna, parca mensura.

Non semel: idq; non semel, pro ne semel quidem.

Non semel significat plus semel. Sed ne semel quidem negat etiam τὸ semel.

Nunquid unus mundus an plures?

Valla improbat. Nunquid et de uno interrogat. An de pluribus. Erasmus approbat. At iocus Ciceronis 2. de legibus adversari⁹ esse Vallæ videtur. Nunquid vos duas habetis patrias (unam loci seu naturæ, alteram juris seu civitatis: unam quæ genuit, alteram quæ excepit) an est illa una patria communis?

Portarius, portaria.

Janitor, janitrix, custos ad limen, ostiarius, ostij custos.

Propalare.

Palàm facere, aperire.

Recipere aliquem ad sessionem.

Cic. Recipere aliquem sessum, ubi sessum est supinum.

Practicare mala. Dionys. Carth.

Excogitare fabricari machinari.

Speculatores.

Corruptum pro spiculatores; id est, satellites qui gerunt spicula ad defendendum corpus principis.

EXEMPLA MUTATIONIS SENTENTIÆ vel Phraseos vulgaris seu trivialis, aut minus puræ in elegantem, brevis in copiosam, obscuræ in perspicuam.

Verba Oris sunt expressiva interioris conceptionis affectionisq; cordis.

VOces & scripturæ sunt humanarum conceptionum & affectionum δηλώματα atq; Symbola, sunt νοημάτων in mente nostrâ hærentium effigies & simulacra, sicut νοήματα rerum extra mentem positarum, sunt rerum ipsarum non fallaces imagines atq; ὁμοιώματα, id est, assimilationes.

Cœlum rotatur orbicè.

Cœlum in orbem torquetur, cœlum circum axem movetur, versatur (id est, vertitur, volvitur) admirabili celeritate.

Actus mentis reflexus seu circularis.

Motus mentis in se conversus, ἡ εἰς κύκλον κατάκαμψις, mentis in seipsam collectio, in seipsum recursus, ad seipsum reditus. Leo: progreditur animus à suâ naturâ intelligibili ad corporea, & ab his rursus ad intellectum revertitur. Cic: Animus seipse convertens: Animus à medio profectus seseq; ipse versans.

Omnia desiderant esse perpetua, quantum possunt.

Omnia desiderio perpetuitatis tenentur.

Qua

Quà potest ea pro se quicq; id agit, ut particulam sibi divinitatis immortalis capiat. Natura nititur ex summis viribus, ut se ad imaginem quandam immortalitatis & divinitatis componat. Barb.

Homo proponit, Deus disponit.

Homines quidem multa constituunt, sed humana consilia divinitùs gubernantur, & ea tum demum, si Deo visum fuerit, exitu comprobantur.

Transferre hypothesin ad thesin.

Controversiam avocare à propriis personis & temporibus ad universi generis quæstionem. Avocare controversiam à circumstantiis ad universi generis orationem. Aristot. vocat 8. Top. ϑέσιν.

Principium individuans.

Characteristica seu singularis ꝓprietas.

Obduratio Dei non est actus DEI positivus, sed negativus.

Hoc Augustinus sic dicit: Obduratio DEI est nolle misereri, ut *non ab illo irrogetur* aliquid, quo sit homo deterior, sed tantùm quo sit melior *non erogetur:* Et: Deus obdurare peccantes quosdam dicitur, quia non miseretur eorum, nō quia impellit ut peccent. Et: Non obdurat impartiendo malitiam, sed non impartiendo misericordiam. Ad Sext. Roman. Presby. Epist. 105. Ad sextum artic. falsò ipsi impositum: Non immittit malam tentationem in cor. Ad 24. art. falsò. imp. Deserit se deserentes. Ad 17. art. Non præparat ad peccata, Ad 11. art. Non indit Dei peccandi voluntatem.

Dici ad convertentiam.

Reciprocari, converti.

Si non pones ea circumstantialiter, judicari ista nequeunt.

Nuda ista si pones, nequeunt, idest, ἀπεριστάτως, judicari, qualia sint, non facilè possunt. Cic.

Subjectum coincidit in idem numero, cum efficiente, cujus actio est ad intra.

Subjectum idem numero est cum efficiente interno, seu, agente per emanationem.

Sine prævia dispositione.

Sine apparatuum antegressione, sine præcedente διαϑέσει, sine παρασκευῆς.

Sine formidine assentire.

Non languida fide, non dubitanter, omni dubitatione, non titubanter.

Formidare de opposito. Greg. de Val.

Vereri ne non sit verum, ne assensus sit falsus, dubitare, num sententia proposita vera sit.

Forma in ordine ad materiam.

Forma relata ad materiam.

Inorganicæ potentiæ sunt reditivæ & reflexivæ super seipsas: reflectunt se super se. Dionys. Carthus.

Illiterata & illota hæc! Ipse Dionysius ... tersiùs sic ferè: Animæ facultates ... organicæ intelligunt & volunt ... psas & suas ipsarum actiones ... prios actus) & quicquid est homin...

Utrumlibet contingenter, ex æquo verum aut falsum.

Sic vulg. Elegantius ita: pro re nata ... rum aut falsum, ὁπότερ' ἔτυχεν.

Propter nostrum affirmare aut negare.

Sic Schegkius: propter nostrum affirmare aut negare non erit ... aut non erit, cum nostra ... sit mensura rerum, sed res ...

sint mensura notitiarum. Melius: propter nostram affirmationem vel negationem Sic Theologi, propter nostrum credere: Melius: propter nostram fidem.

Nullum corpus Organicum habet partes simultaneas.

Illiberale planè hoc est: Tu dicito: Omne corpus organicum habet partes extra partes, id est, habet ita, ut, ubi una est, ibi simul non possit esse alia. Politianus.

Habere partem extra partem.

Partes ita dispositas & ordinatas habere ut (non solùm ratione, sed &) situ discriminatæ sint, ut una sursum versus, alia deorsum versus, una foris, alia intus, una ante, alia post consistat, ut alibi collum, alibi manus sit.

Non hoc competit utriq; univocè.

Non hoc convenit in utrumq; æqualiter, secundùm eandem essentiam.

Ens intentionale.

Ens intellectu apprehensum, νοητὸν, cui opponitur, quod extra mentem existit.

Aliquid creatur ex praexistente materia inidonea.

Latin. & periphrasticè: Quædam res prius non existens fit subitò absq. ullo motu, solo DEI jussu ex materiâ quidem, sed habente in se nullam rei producendæ potentiam definitam.

Prima causa vim suam in secundam influit.

Prima causa Deus vim suam in secundam causam infundit, vim suam cum secundâ causâ communicat.

Fundamentaliter planè argumentum illius refutat.

Illius sententiam planè convellit, & ab radicibus elidit omnes fibras argumentorum ejus, omnes illius argumenti stirpes & fibras penitùs elidit; vel: Argumenta ejus funditùs evertit. Similia his collige: literis, & ocio hic abuti non videberis.

Necessaria causa necessario & ad extremum agit.

Necessaria causa necessariò ac tota vi seu facultate fertur ad effectum: quicquid necessariò aut naturaliter agit, ad extremum suæ potestatis agit.

Finita virtus non agit instantaneè.

Finita vis & potestas tempus ad agendum requirit, non agit momento.

Naturalia fiunt ferè unimodè.

Res naturales eodem tenore progrediuntur seu fiunt, nisi externâ potestate prohibeantur.

Omne ortum tandem interit.

Quæcunq; orta sunt, suapte natura [illegible] occasum habitura: Earum rerum [illegible] essentiali causarum ordine conjugatæ sunt, nulla ortum habet, quæ occasu non concludatur; Mundus ut ortus est, sic tandem aliquando interiturus est.

Linea arcualis non potest rectificari.

Linea circularis (arcuata) non potest fieri recta: Directa non potest omni ex parte æquari lineæ rectæ: non potest perfectè adaptari & congruere rectæ. Itaq; quadratio circuli fieri nequit.

Vertere ad literam non est necessarium.

Non necesse habemus verbum pro verbo reddere.

Caritas naturâ incipit à seipsa.

Natura hominem sibi ipsi primum conciliat. Omne animal ipsa natura sibi primùm conciliat.

Supereminenter.

Eminentissimâ quâdam ratione.

Prætractamenta seu prænotamenta nobis sunt tria. Jacob.Bad.

Initio tractanda seu προλεγόμενα nobis sunt tria, προσημειζειν seu προγνώζειν tres.

Proletaria animalia. Herm.Barb.

Quæ simile sibi progenerant animalia.

Cœli color non secundùm existentiam, sed tantùm apparenter est cæruleus.

Cœli color est cæruleus, non revera, sed aspectui nostro: Species enim luminis à non opaco deficientis refertur & exprimitur in cæruleo.

Apparenter bonum, bonum secundùm apparentiam, non existentiam.

Quod boni speciem præ se fert, non reapse bonum, sed boni speciem præ se ferens.

Ratio formalis objecti Quæ scientiæ, Theologiæ, &c.

Ratio formalis objecti, quæ per se primò respicitur à scientia. Ejusmodi ratio in Theologia est divinitas seu res divinæ, quatenus ad eas omnia habent σχέσιν, quæ tractantur in Theologia.

Ratio formalis sub qua objecti scientiæ, Theologiæ.

Ratio formalis per quam velut medium quoddam Theologia infert conclusiones suas: Ea est revelatio divina facta Ecclesiæ. (Ratio sub qua, i.e. medium.

Theologia positiva.

Theologia ponens & statuens ex scriptura sacra principia firma, & conclusiones firmas. Ab hac diversa est Scholastica, quæ disputatrix est & argumentosa.

Materia signata.

Materia quanta, determinata, seu definita quantitate, Thom. Aquin. vel: Materia cum potentia proxima ad hanc determinatam quantitatem, non ad aliam. Card. Cajetanus.

Quædam formæ sunt præditæ latitudine quadam.

Quædam formæ sunt præditæ gradibus, quædam sunt positæ in indivisibili.

Materia substantiatur per posse.

Potentia est materiæ differentia substantialis seu ratio formalis, id est materiæ constitutiva: Potentia est ratio constituens principium materiale: Potentia significat naturam materiæ loco differentiæ constituentis, interprete Zabarella lib. 1. de rerum nat. c. 11. & 13. Potentia est conditio necessaria materiæ, ejus naturam constituens.

Potentia objectiva.

Potentia, qua effectus, qui τῇ ἐνεργείᾳ non est, esse potest respectu suarum causarum, à quibus potest produci. Ita mundus est in potentia objectiva Dei à quo potuit procreari.

Potentia subjectiva.

Potentia, qua materia potest subjici omnibus formis. Ita mundus non erat in potentia subjectiva, quia nulla erat ante eum materia, ex qua generaretur.

Hæc præsupponuntur. Schol.

Hæc præmuniuntur sequentibus. Cic. Quæ omnia præmuniuntur reliquo sermoni.

Ἀνακόλουθα sunt corrigenda.

Piccolom: Declarabo primò, quid sit privatio: Secundò, quid... tio &c. Ordiens igitur à prim... stoteles refert varias signi...

privationis: Hoc dictum voluit: Quod ad primum attinet, vel, ut ordiar à primo.

Νοθευόμενα (uno excepto Axiocho) non placuit vertere, in genuinis Platonis fontibus expoliendis satis superq; laboris mihi esse ratus: Hoc dictum à se voluit: non placuit vertere; quòd in genuinis &c. mihi esse ratus sim: vel: non placuit vertere in genuinis &c. esse rato.

Græca & Hebræa loquendi ratio interdum traducenda in Latinam.

Omne verbum otiosum, quodcunq; dixerint homines, de eo reddent rationem: Matth.12. pro de omni verbo reddent &c.

Sicut dedisti ei potestatem omnis carnis, ut omne, quod dedisti ei, det eis vitam æternam. Joh.17. pro eo quod est: Ut omnibus, quos dedisti mihi, det vitam æternam, vel, ut, quotquot dedisti ei, det eis &c.

Quocunq; respectas (quocunq; oculos conjicis) in hoc universo, ordinata rerum series ostendit esse Deum.

Hæc sententia sic dilatatur: Quaqua te vertis in hac tota rerum natura, vel cœli figuram, motus & harmoniam cum elementis considerans, vel mirandam artem in opificio nostri corporis & terræ fœcunditatem intuens, ordo in omnibus rebus clamitat esse mentem æternam, architectatricem, & conservatricem rerum.

Materia generali formâ corporeitatis actuata.

Sic loquuntur, qui sunt in ea hæresi, quæ nullum sequitur orationis florem, (licet nihil sit, quod non persequatur suis argutiis) pro eo quod est elegantiori stylo: Materia non distincta formis substantialibus, & eatenus orbata formis seu ἄμορφος.

Irresistibilitas.

Impotentia resistendi.

Irresistibilis impressio.

Impressio, cui obsisti non potest.

Mores oriuntur, non tàm ex traduce, quàm ex rebus non naturalibus.

Qui vocum lautitias & veneres affectant, hoc argumentum cum Cicerone dilatant sic: Ingenerantur hominibus mores, tam à stirpe generis ac seminis, quàm ex iis rebus, quæ ab ipsa natura ac conditione loci, & à vitæ consuetudine suppeditantur, quibus alimur & vivimus.

Conserves, quæso, illum indemnem. Seneca.

Hoc mihi da atq; largire, ut eum sartum & tectum, ut ajunt, ab omni incommodo, detrimento, molestia sincerum integrumq; conserves: Cic. ad Attic. schadeloß halten.

Animus non est potis se videre.

Non valet tantùm animus, ut se ipse videat. Cic.

Pars Quantitativa.

Pars integrans, mensurans totum quantum, quâ quantum.

Totum perfectionale: Totum totalitate essentiæ.

Totum perfectionis: totum individuum, simplex, absolutum à partibus, non habens partes. Partium expers non dicitur.

Verba interdum partim principiis partim ablativis designantibus consequentiam commutanda sunt: ut

Pater Publij febri & dolore viscerum infirmus erat & ingressus est ad eum Paulus ac oravit & imposuit ei manum

 num

num suam ac sanavit eum. Act. 28. c. Elegan: sic. Factum est autem ut pater Publij, febri ac dysenteria detentus decumberet: ad quem Paulus ingressus & precatus, impositis ei manibus, sanavit eum.

Appendicula ad voces et phrases minus probas.

Abbreviatè sic hoc concludo.

HOc brevi sic confirmo, brevibus verbis sic dissero. Cic.

Ac vel atq; pro Quàm non in loco.

Scias equidem mihi doctiorem esse filiū tuum, atq; meliorem. Hoc est subtilius, ac verius. Quàm erat dicendum. Rectè autem dicitur: Scito, neminem mihi cariorem esse quo Filio, vel quàm filium tuum, vel, a [illegible], est filius tuus. Non arbitror te esse me meliorem. Sic Terentius in Phormione. Ego hominem callidiorem vidi neminem, quàm Phormionem. Potest etiam dici, atq; est phormio. Nec displicet, neminem ac Phormionem. Nota *Atq;* & *Ac* habere significationē particulæ *Quàm*, antecedente *Aliter, non magis, non minus, secus, alius, æquè, contrarius, contrà*. Terent. Aliud mihi respondes ac rogo. Cic. Paulò secus à me atq; ab illis perfecta sunt. Idem. Contrarium decernis ac paulò ante decreveris. Idem. Stellæ errantes versantur retrò contrario motu atq; cœlum. Sic: Scito neminem mihi æquè carum esse atq; est tuus filius. Non puto pumicem æquè aridum esse atq; hoc est ex Plaut. Sic: Non magis hoc verum atq; istud est; Et *præcedente comparativo* sic; Verius est hoc atq; istud. Plaut. Amicior mihi nullus vivit atq; is est. Horat. His me consolor victurum suavi', ac si Quæstor avus pater atq; meus patruusq; fuissent. Doctiorem te nunc censeo esse, atq; olim, cum te docerem.

Adinvicem.

Invicem, vicissim, mutuò.

Acclina vel declina sine tristitia aurem tuam pauperi. Versio Ecclesiastici vetus.

Pauperi facilè, jucundè, cum facilem & lenitate fac audientiam, facilem te in paupere admittendo audiendoque præbe. Ciceroniana hæc sunt.

Affectare aliquam, pro attentare pudicitiam.

Appellare aliquā de coitu. Affectare est ferventer vel affectu ardente appetere; Aliud est affectare viam ad dominam apud Terentium.

Angustiatares.

Res contracta, adducta, coacta in angustum. Cic. & Terent.

Appropiare.

Cic. Adventare, propè vel propiùs adesse, appropinquare. Proximare & approximare poetica sunt.

Aspata: Dionys. Carthus. prorsus corruptum.

Eunuchus, castratus, spado.

Attholare.

Dedicare, consecrare, ab ad & θόλος. Suspendere tholo.

Ad hyemem reponere, auff den Winter.

Fructus condere, reponere, seponere in hyemem; Sic in crastinum, in longum, auff ein lange zeit.

(*com-*

Compassivum cor, compati in a[...]
miseriis.

Commoveri alicujus miseriâ, ca[...]
lorem in alicujus miseriis vel [...]
ribus, dolere alienam vicem [...]
alterius vicem, dolere ex mi[...]
cujus, dolore dolorem alicuj[...]
lore alius, dolore alieno, [...]
aliena, alienis incommod[...]
graviter angi: Dolori alter[...]
adjungere. Cic. ad Att. [...]
doloribus sollicitum esse. [...]
pro compati utitur con[...]
quod Cic. usurpat pro sim[...]
ci dicunt [...]
[...]. Eadem forma dicitur[...]
pers sum affectuum [...]
[...], loca affe[...]
Gal. Pro compassivum [...]
[...], id est, cum [...]
lens. Epistola scripta [...]
pud Cic. ad Att.

Contemtibilis, contemtibilit[...]
tibiliter.

Despectus, ignobilis, qui n[...]
mero, despicientia, conte[...]
litas, contemtum. Livius [...]

Conteebnari: Plaut. [...]
Græco.
[...], colludere.

Convivere, convivere [...]
vetus Ecclesiast[...]

Pro convivere Quintilia[...]
vivere, (ut unà vivere [...]
cero) convictores esse.

Christus non in cœnâ, sed [...]
diem arâ crucis corpus [...]
suum obtul[...]

Sic locutus est quida[...]
Theologus, pro pr[...]
postridiè.

Compassivum cor, compati in alienis miseriis.

Commoveri alicujus miseriâ, capere dolorem in alicujus miseriis vel temporibus, dolere alienam vicem, dolere alterius vicem, dolere ex miseria alicujus, dolore dolorem alicujus, de dolore alius, dolore alieno, seu miseria aliena, alterius incommodis affici, graviter angi: Dolori alterius suum adjungere. Cic. ad Att. De alienis doloribus sollicitum esse. Id. Budæus pro compati utitur condolescere, quod Cic. usurpat pro simplici: Græci dicunt συμπάσχω & συμπαθέω à πάθος. Eadem forma dicitur ἀπαθῶ, expers sum affectuum, μετριοπαθῶ, κακοπαθοῦντα μέρη, loca affecta & vitiata. Gal. Pro compassivum Græci dicunt συμπαθῶς ἔχειν, id est, cum alio condolens. Epistola scripta συμπαθῶς est apud Cic. ad Att.

Contemtibilis, contemtibilitas, contemtibiliter.

Despectus ignobilis, qui nullo est numero, despicientia, contemtio, humilitas, contemtim. Livius.

Contechnari: Plaut. μικτὸν ex Lat. & Græco.

συντεχνάζειν, colludere.

Convivere, convivere tecum: Vers. vetus Ecclesiastici.

Pro convivere Quintiliani malim unà vivere, (ut unà vivere in studiis: Cicero) convictores esse.

Christus non in cœnâ, sed crastinâ demum die in arâ crucis corpus & sanguinem suum obtulit.

Sic locutus est quidam primæ classis Theologus, pro proximâ ab illâ die, postridiè.

Quædam agit Deus secundùm congruitatem sapientiæ suæ, non omnia secundùm omnipotentiam suam.

Juxta sapientiæ suæ congruentiam, &, ut ita dicam, decentiam.

Convesci.

Cibum capere cum aliquo.

Discontinuatus, non discontinuatus motus, actus, mos.

Pro illo dic, motus temporis spatio intermissus, non perpetuus: pro hoc motus non interruptus, temporis spacio non intermissus, perpetuus, perpetuatus, continuus, continuatus. Nam perpetuare est idem, quod sine intermissione continuare, Plauto & Ciceroni, ut verba perpetuare: sic vox perpetua est vox solida: Vide Hadr. Cardinal. de modis L. Linguæ.

In necessitate depudescendum, non est Poët. sed Barb.

Latinus depudere dicit, ut Ovidius, pro pudorem abjicere: Necessitas excutit pudorem: Vel: Rebus pudor absit in arctis. Valer. Flaccus.

Depudicare aliquam.

Antiquatum hoc est: Succedaneum igitur hujus sit, vitiare, stuprare, pudicitiam seu casti pudoris decus auferre.

Discredere. Vers. Athanas.

Fidem non adhibere, seu habere, diffidere, ἀπιστεῖν, non credere.

Deliciari, deliciosè vivere.

Pro his dices: In deliciis esse, delicias facere, Lust und Kurtzweil pflegen, delicate & molliter vivere, esse voluptarium, dedere se voluptati, vivere voluptariè.

Extra semper & frequenter.

For-

Fortuna non est in iis, quæ sunt extra semper & frequenter. Barb. Physici.

Lat. Fortuitũ nec illius generis est, quod necessarium & perpetuò est, nec illius, quod plerumq;, sed quod rarò: Sic Arist. in phys. Fortuna quod est, non est causa ejus quod est ex necessitate & semper, nec ejus, quod est frequenter, sed eorum, quæ præter hos modos fiunt.

Effor.

Ita Poetaster quidam nuper ausus est fari, pro eloquor.

Eugium, antiquatum, Laberij & Nevij.

Media pars inter naturam mulieris, seu naturalia muliebria (Eugium frangere.)

Ut exemplificem.

Exempli causa, verbi gratiâ, puta, ut putâ, ut apponam exemplum.

Exponere pro aliquo.

Procurare & suppeditare alicui, quæcunq; necessaria sunt.

Et non: pro non, vel non autem. Gracis.

Diabolus & Homo sunt peccati autores & non Deus: Dedocendus & dediscendus Latinæ civitati ascriptis hic loquendi modus, qui aliquid olet ex Græcia, & loquendum sic: Diabolus & homo sunt peccati autores, non Deus, non autem Deus, Deus non item, Deus verò non. Hoc mihi gloriæ, & non pudori est, das ist mir eine Ehre, vnd keine schande: pro hoc Germanismo dices cum Livio: Gloriæ, non pudori (vel non infamiæ) est. Hoc autem Hieron Wolfii placet: Bonorum est prodesse tantùm, & non etiam obesse. In comm. in offic. Cicer.

Fugam peccati quærit.

Quærit effugium, latebram culpæ, diverticulum peccati sive excusationem, vel colorem culpæ.

Ad fundamentum usq; exterminare.

Funditus tollere, evertere, perdere, prorsus de medio tollere.

Habituata materia.

Materia affecta & præparata congruentibus qualitatibus.

Immemoratio beneficiorum Dei.

Oblivio beneficiorum, ἀχαρισία, beneficiorum nulla commemoratio.

Incautela.

Temeritas, inconsiderantia, imprudentia, incuria, inconsulta ratio.

Illud igitur sit indubium.

Quamobrem illud maneat, ac fixum sit, quod neque moveri neq; mutari potest. Maneat ergo, quod turpe sit, id nunquam utile esse. Cicero. Formulæ hæ sunt conclusionis tractatæ rei. Cicero etiam dixit, tenere aliquid firmum, pro eo, quod est, pro certo habere.

Inexterminabilis hujus viri memoria.

Memoriam hujus viri excipient omnes anni consequentes. Cicero. Memoriam ejus usurpabit omnis posteritas.

Infirmatorium.

Valetudinarium: Columell. Nosocomium, νοσοκομεῖον, ægrotorum receptaculum. Hospitalis pro hospitum receptaculis tolerari potest.

Inventitia puellula: Inventum.

Exposita, expositlitia, expositius, &c. fündling/ puer projectus, projectitius.

Lineali rectitudine.

Ad

Ad perpendiculum, πρὸς κάθετον, κατὰ κάθετον, ad lineam. Cic.

Locum hunc producimus adversarie sententia eversivum.

Evocamus hunc locum in aciem ad expugnandum adversarium, ad evertendam adversariorum sententiam. Platonici dicunt τόπον ἀνασκευαστικόν.

Lyra Perost.

Lira, Porca.

Mediator pro sequester seu interventor, seu reconciliator, deprecator, pacificus, pacificator.

Politiores seu potius delicatiores respuunt: sed quia Latinis Theologis hæc vox familiarior est, quam ut loco vel debeat vel possit moveri, rectè retinetur. Dicitur autem Mediator seu μεσίτης duobus modis: propriè & analogicè: Propriè qui partes alias reconciliat aliis: analogicè, qui partes alias sibi reconciliat. Sic Justitia propriè est ejus qui suum alteri tribuit: Analogicè verò est ejus, qui suum sibi. Hæc explicatio utilis est in Dispnt. de Christi satisfactione & placamento.

Ferrum ignis μεθεκτὸν absolutè non est, pro particeps.

Sic quidam è recentioribus: Sed dicendum erat μεθεκτικόν. μεθεκτικὸν enim accipitur pro Participe, μεθεκτὸν pro communicabili seu κοινωνητῷ.

Memorare novissima.

Memento novissimorum.

Mortualia.

Mortuorum vigiliæ, cantiones funerales. Erasm. Roterod.

Minus quàm omnes beatus.

Minimè omnium beatus: Sic maximè omnium beatus.

Monialis.

Monastria, Ascetria, ἀσκήτρια, μονάστρια, quæ abdidit se in monasterium.

Morosè in aliquam figere visum.

Obtutum in aliquam figere diutius, cum mora: oculos in aliquam conjicere fortiter seu acriter & diu.

In naturalitate diminutus.

Deminutus sensu: Hermol. Barb. in parapht. in post. anal. Non satis bene affectus animo, homo mente non integrâ, der seine sinne nicht alle hat.

Notabiliter doctus. Dion. Carth.

Valde, præter cæteros, insigniter.

Omnivalens.

Qui omnia potest: In omnes partes valens: Ad omnia valens. Cic.

Obstat mihi loqui.

Vetat me loqui: Impedit, quò minus loquar.

Ad hoc, ut aliquid sit Genus, oportet ut dicat determinatam naturam.

Non hoc μιμητέον; Dicendum hîc pro Oportet, Requiritur, vel necessarium est, opus est: vel, vocibus *Ad hoc* sublatis, sic: ut aliquid sit genus, dicat (h. e. contineat) determinatam naturam, oportet, (id est, opus est, necesse est) vel sic: Genus oportet ut dicat determinatam naturam: Generis ea conditio est, ut contineat definitam naturam, non omnem. Oportet, Necesse est, Opus est, quomodo distinguantur à Ciceronianis, Latinum Lexicon ostendit.

Nescis, quomodo debeas ejus doctrinam practicare.

Quomodo ex ejus doctrina commoda tua

tua compares? quomodo doctrinam ad usum transferas.

Pegma.

Machina ludicra, imaginosa, da Affenspiel auff getrieben wird/ von Meister Hemmerling/ pegma, πῆγμα.

Pariare.

Parem facere, æquare, paria facere.

Pater meus perrexit Antvverpiam: pro profectus est.

Cornelius Crocus pronunciat ad Gothos relegandum, sed errat: Nam apud Cic. ad Atticum est, Brundusium pergere cogito, & pro Plancio: Qui cum abessent aliquot dierum viam, in Macedoniam ad Planciumq; perrexi, id est, contuli me, interprete doctiss. Budæo. In Academicis Cicero addidit infinitum. Itaq; confestim ad eum ire perreximus, hoc est, cœpimus. Sic Livius; Triginta navium casse ire obviam pergit. Terent. Postridie ad anum recta pergit, id est, vadit. Pergere obviam alicui etiam apud Cic. est, pro Ire.

Pellex mariti, viri, pro uxoris.

Ita quendam inscitè locutum invenio. Pellex enim uxoris est, non ejus, qui miscet se cum ea (pellice). Pellex scilicet est quæ commiscet se viro, Cui uxor legitima est: Non igitur est adulteri sed veræ conjugis. Propudiosè filia pellex matris, dicitur à Cicerone quòd pater ipse cum illâ (filia) concumbat. Dicitur & pellex cubiculorum, quo elogio detestabilis sceleris arguitur Sallustius, quod ἀφροδίσιον pellex sit vicaria.

Alexander Pheræus à Thebe uxore propter pellicatus suspicionem interfectus est Cic. in officiis. Intellige Alexandrum non tantùm uxorem Theben, sed & fratrem ejus, ut nefaria illorum temporum consuetudo ferebat, in deliciis habuisse. Perottus: Nō dicendum, Hæc est pellex mea, sed pellex uxoris meæ.

Prosequium antiq.

Prosecutio.

Penes pro apud.

Penes pro Apud sine significatione potestatis etsi rarius, probū tamen. Nam in Terentij Adelphis est. Hæc jam penes vos Psalteria est, & in Cicerone ad Herenn. legitur. Ut ne ad solarium quidem idoneus sed penes scenam & in ejusmodi locis exercitus sit.

Perterricrepum antiquatum.

Quod terrores crepat & incutit.

Perennale.

Perpetuum, juge, continuatum, perenne, (ut bienne, decenne,)

Poderis.

Ποδήρης, poderes, vestis talaris, id est ad talos usq; demissa.

Penultima pro proxima ab ultima.

Ego vocem πενultimam retineo, quam delicati respuunt.

Professus professio. perfiteri.

Religiosus, Deo & religioni addictus, devotus Deo, ἱερόδουλος: Religio quælis est Monachorum; devotio vitæ quæ fit Deo; Religione se obligare, religionem suscipere, dedere se in religionem, salutem mi[...]secratum peristylium, salutem [...]do dicentem, & semel è publico [...]cedentem.

Præ oculis habe prælatum Dion. Cor.

Reveretor antistitem, Sit in [...]

magnus: Cic. Ferre in ocu[...]
idem pro diligere.

Proficuus ad nihil.

Ad nullam partem, ad nullam[...]
nihil utilis, ut puta ἀχρεῖος,[...]

Præcurare pro præloqui pre[...]

Precanti vel precantem voc[...]
Præire preces, hymnum. [...]
mus præire carmen, pro p[...]
men. Præire verba, qui[...]
legionibus devoveam, L[...]
eunte aliquo jurare. Plin[...]
lus dixit, aliquem desc[...]
einem vorlesen.

Qualitercunq; sit, vel sese[...]

Utut sit, quoquo modo se r[...]
eleganter, quoquo mo[...]
est, mors immatura fuit, [...]
ben wie es wolle.

Quàm magnum hoc fuerit, [...]
quantum, vel quantum [...]
sum.

Odore hoc repletur, quant[...]
est, hypocaustum.

Quantum est ex par[...]

Nemo sperans, quod qui[...]
attinet, quantum in De[...]

Sequitur igitur, quòd eti[...]
paria.

Sequitur igitur, ut etiam [...]

Seriò sè.

Seriò, citra jocum, extra j[...]

Superscript[...]

Barbarum quidem non [...]
risconsultus): sed tu[...]
epigraphe usitatiora [...]
perscribere periphr[...]
figure.

magnus: Cic. Ferre in oculis dicit idem pro diligere.

Proficuus ad nihil.

Ad nullam partem, ad nullam rem, ad nihil utilis, ut puta ἀσύνετος, ἄχρειον.

Praeorare pro praeloqui preces.

Precanti vel precantem voce præire. Præire preces, hymnum. Sic dicimus præire carmen, pro præfari carmen. Præire verba, quibus me pro legionibus devoveam, Livius. Præeunte aliquo jurare. Plinius avunculus dixit, aliquem de ſcripto præire, einem vorleſen.

Qualitercunq; ſit, vel ſeſe res habeat.

Utut ſit, quoquo modo ſe res habeat, ſic eleganter, quoquo modo extinctus eſt, mors immatura fuit, es ſey geſtorben wie er wolle.

Quàm magnum hoc fuerit, pro quantum quantum, vel quantumvis ſpacioſum.

Odore hoc repletur, quantum quantum eſt, hypocauſtum.

Quantum eſt ex parte Dei.

Nemo ſperans, quod quidem ad Deum attinet, quantum in Deo ſitum eſt.

Sequitur igitur, quòd etiam vitia ſunt paria.

Sequitur igitur, ut etiam vitia ſint paria.

Serio sè.

Seriò, citra jocum, extra jocum.

Superſcriptio.

Barbarum quidem non eſt, (utitur eo Juriſconſultus): ſed titulus, inſcriptio, epigraphe uſitatiora ſunt. Verbi ſuperſcribere periphraſis eſt, titulo inſignire.

Suppeditari.

ὑποποδίζεσθαι, conculcari, pedibus ſubjici.

Suſtinentia.

Patientia, tolerantia, ἀνοχή.

Subtiliatus.

Subtilior factus, ſubtilis redditus, ad ſubtilitatem redactus: Aer ſubtiliatus, inquit Jacob. Milichius, id eſt, rarefactus.

Transvaſo.

Vaſa transfero, μετασκευάζομαι, ſedem muto, in alias ſedes migro, Bud. in comm. Linguæ Græcæ: συσκευάζεσθαι eſt vaſa colligere, quod Terentio converſare per Helleniſmum.

Transverſaliter in medio dividere.

Decuſſare, Columell. Zwerch, in der mitten abtheilen.

Veteraſcere in piis actionibus.

Conſeneſcere, ſeu permanere ad ſenectutem & mortem usq;. Aliud eſt ſenex, aliud vetus.

Juſtim vel juxtim antiq:

Juxtà.

Uxoratus eſt.

Uxorem duxit, ſibi adjunxit.

Videtur mihi, quod videam.

Videor videre, videor mihi videre.

Volenter. Barbar.

Conſulto, Data opera, de induſtria, ἐκ προαιρέσεως, ἐκ προνοίας, κατὰ προαίρεσιν, ἑκοντί, ultrò. Sic pro Nolenter dic; ἀκουσίως, ἄκοντι, παρὰ προαίρεσιν, contra voluntatem, Nolens, Invitus, gravatè. Pro volenter nolenter dic; Volens nolens; ἑκὼν καὶ ἄκων. Pro Scienter Volenter dic; Sciens volens ſeu εἰδὼς καὶ ἑκὼν cum Ariſtotele.

Volentissimè peccare.

Summa voluntate, summa cum voluntate, plena voluntate, peccare, ex destinata malitia peccare.

In votando primus.

Illotus hic sermo est: Tu dices Lat. Primam habens sententiam, habens prærogativam in suffragiis, seu prærogativam primæ sententiæ: Princeps Senatus, ut loquitur Florus ex Livio: qui est primæ sententiæ, ut loquitur Flavius Vopiscus in Aurel: A Græcis dicitur πρωτογνώμων: Græcis enim γνώμη est sententia; quod & patet ex 6. Ethic. Aristot.

Votum vel vocem dat mihi.

Adest pro me, suffragatur mihi, præstò est sententiæ meæ.

Voluntabile, volibile.

Pro volibile dices, Quod sub voluntatem cadit, βουλητόν, pro voluntabili, voluntati optabile: Quod quis velle potest aut debet: Quod voluntas appetit: βουλητὸν aliquando. D. Lambinus in annotat. in 3. lib. Ethic. Aristotelis periphrases hæ sunt ἐυσημοι, id est, benè significantes.

Assuescere militiam.

Assuescere militiæ.

Alimentare, vicissim parentes. Barb.

Parentibus vicem rependere in præbendis alimentis, reddere parentibus θρέπτα, officia debita, debitam gratiam pro nutricatione, θρεπτήρια, ἀμοιβὰς ἀποδιδόναι προγόνοις, 1. ad Timot. cap. 5. ἀντιπελαργεῖν, hoc est, more Ciconiarũ gratiam referre parentibus eosq; piè colere & fovere, solvere eis nutricationis præmia. πέλαργος enim parẽtem ætate confectum alit, humeris gestans æquatum educit.

A tuis literis delectatus sum.

A redundat.

Tuis literis delectatus sum, ex iis voluptatem capio: Tua epistola sum exhilaratus. Delectarunt me tuæ literæ, exhilararunt me. Tuis literis sum recreatus, animo refectus. Epistola tua animum meum refecit. Delectationi mihi fuit, delectationem, mihi attulit.

Battarizat: fictum è Græco.

Impeditè loquitur. Βατταρίζει.

Consistorium: novum.

Senaculum, βουλευτήριον, locus Consilij, seu habendi Senatus, synedriũ. Templum Consi (qui consiliorum Deus) poëticum est. Sed Consistorium quis loco moveat, quod nunc pervagatissimum? A συνεδρίῳ est σύνεδρος, id est, consessor, Senator.

Dispensare propter duricordiam.

Indulgẽter concedere ob σκληροκαρδίαν, id est, ob cordis duritiem. Duricordia (è græco) Tertulliani est 5. contra Marcionem lib.

Effundare. Cæcilius antiq.

Funditus evertere.

Emotæ mentis homo.

Qui discessit à se ipse. Cic. A mente atq; à se ipso discessit. Cic.

Inficiatur pass.

Itur inficias (ut dicitur eo inficias. Sicitur Romam, eo Romam) negatur intellige verbis. Status inficialis est in quo itur inficias, id est, negantur objecta. Valla & Eras. Roterod.

In cor inducere, animum vel cor habere über das Hertz bringen.

In animum inducere & mihi imperare non possum, seu animo meo imperare non possum ut hoc faciam. Sustinere non possum

Seneca. Non ſuſtineo eum deſerere, cui dedi vitã, ich kans über mein Hertz nicht bringen/ daß ich jhn verlaſſe. Sic Quintilianus: Non ſuſtineo conſcius eſſe mihi diſſimulanti. Sic Demoſthenes etiam uſus eſt voce ὑπομένω.

Rem ante & retrò intus & in cute diligentiùs conſiderate. Recentior:

Hoc cum veſtris mentibus undiq; & penitiſſimè conſiderate, ad trutinam exquiſitiſs. expendite, penſitate, penſiculate: Gellius. Ex omni parte, non populari quadam trutina, ſed aurificis ſtatera examinate. Cicero.

Multivola mulier. Dion. Carth.

Multorum appetens.

Quod non pro Quin. Nihil tam preſſum, quod non poſſit eſſe preſſius.

Nihil tam (ſeu adeò) preſſum eſt, quin poſſit eſſe preſſius.

Omnes, non uno excepto occiſi ſunt.

Effusè fugerunt, ſed omnes, ne quidem uno excepto, occiſi ſunt, occidione occiſi ſunt. Livianum. Occidere occidione eſt omnes ad unum interficere, biß auff den letzten Mann.

Utrobiq; pro utrinq;

Aliud eſt Utrobique, aliud Utrinq; ut aliud In, aliud De. Utrinque magnæ ſunt copiæ, id eſt, ex utraq; parte. Utrobiq; adverſarios habeo, id eſt, in utraq; parte.

Aufugium apud Perottum. Aufugium quærit.

Fuga, ἀποφυγή, effugium, διαφυγή, ſuffugium. Non patet effugium, quod quærit, ſed ei præcluſum eſt; der weg iſt jhm verlauffen. Nequam quærit angulum: Proverbium de malè ſibi conſcio, quo ſcitè feſtiveque uſus eſt Zuingl 2. parte operũ ſuorum p. 474. Aliud interim eſt effugium quàm ſuffugium. Suffugium enim eſt vicinum confugio, profugio & perfugio, zuflucht/ & ſuffugij exemplum eſt, cùm imber aliquem, qui in publica via eſt, cogit ſuffugere ſub tectum. Effugium verò Elapſionis & Evaſionis ſignificationem habet, außflucht.

Dum cum indicativo pro cauſali, Cum, cum ſubjunctivo, vel pro quatenus.

Particula dum ponitur pro Quando, vel Cum addito indicativo, vel pro Eo ipſo quòd: Ne itaq; ſic loquitor; Dum autem hoc certum eſt, pro cùm autem hoc certum ſit. Animal, dum oculatum eſt, videt, pro quatenus oculatum eſt, vel dum modo oculatum ſit. Hæc autem proba ſunt; Dum aliis inſervio conſumor, id eſt, inſerviendo aliis, vel eo ipſo quod inſervio aliis, conſumor. Stulti dum vitant vitia in contraria currunt. Dum alis, foves, tueris partium ſtudia, officis veritatis luminibus. Dum te ſimile producere exiſtimas, diſſimile & prorſus non conveniens adducis. In convertendo Dominus Captivitatem Sion pro dum convertit Dominus, eſt Barbariſmus è Græco.

Lineamentum pro Lineato recentioris cujuſdam Mathematici.

Lineamenta non ſunt, quæ ex linea facta ſunt, ſed primæ lineæ alicujus operis, ὑπογραφαὶ vel πέρατα. Græcis ὑπογράφειν eſt lineamenta ducere. Sic dicuntur lineamenta faciei, oris. Transfertur etiam ad orationem hæc vox. Cicero in Orator. de Catone; Intelliges, nihil ejus lineamentis eorumq; pigmentis, quæ non dum inventa erant, florem & colorem defuiſſe. Hic igitur

pro adumbratione seu prima informatione vox lineam: ponitur.

Creatus est in artium magistrum. Idiotismus Peregrinus.

Creatus est & renunciatus artium magister.

Dicat quid velit adversarius. Indoct.

Quidcunq; dicat, quidlibet dicat, quicquid tandem dixerit, sic quocunq; (vel quoquo modo) ea res huic quidem cecidit Cic. **es sey jhme auch die sache gerahten oder gefallen/ wie sie gewolt.** Idem, quomodocunq; (vel quoquo modo) nunc se res habet, **es stehe nun umb die sache wie es wölle** (hic ne dicas habeat) quicunq; is est, **er sey wer er sey** (hic non dicendum, sit.)

Quid quæso absurdi & non convenientiæ hinc existere potest?

Quod quæso absurdum & non-conveniens hinc existere potest? Sic ad hanc locutionem recentioris cujusdam autoris, quantumlibet magni, Siquid eximij & excellentis sibi tribuit, appono notam. Dicitur enim rectè; si quid excellens, vel præstabile.

Navis venatoria, **ein Jageschiff.**

Navis cursoria, quasi alata.

Prætermissorum in Græco Alphabeto supplementum.

Ἄγεσθαι.

Ἄγεσθαι primum & quidem longè frequentissime est duci, moveri, impelli sine coactione. Sic Martyr. aliquis Christi non repugnans etiam ἄγεται, i. e. ducitur ad supplicium. Deinde est Rapi: ut cum fur ἄγεται ad supplicium, ad crucem. Sic Pausanias dicit ἄγεσθαι τὴν ἐπὶ θανάτῳ rapi ad mortem. Non igitur sequitur. Quotquot ἄγονται Spiritu Dei, filij Dei sunt, ergo spiritus sancti arbitrio raptantor. Ἄγεσθαι enim non significat ibi præcipitem ferri, invitum & obtorto collo rapi, sed moveri, incitari, duci (sicut pædagogus significat ductorem & monitorem pueri, non raptatorem.) Nam renati acti, non coacti à spiritu Dei, agunt, ac eorum est συνεργία. Nō igitur illud ἄγονται est detorquendum ad violentam impressionem, vel raptus Enthusiasticos. Vid. colloquium Vinariense Illyrici & Strigelij.

Ἀνθρωποπάθεια.

In Physicis & Politicis ἀνθρωποπάθεια est affectus humanus in hominem cadens, vel hominis proprius, vel humanitatis affectio. Sic ἀνθρωποπαθῶς γενέσθαι est ex affectu humano fieri. Ex ἀνθρωποπαθείας est ex humanitatis indulgētia: cujus significationis exēpla affert in comm. l. g. Budæ⁹ Ἀνθρωποπαθεῖν est humano more affici (quod in Deum non cadit) vel aliquid humani seu humanum quippiam pati. Theologiæ Doctoribus ἀνθρωποπάθεια est cùm Deo vel angelo tribuūtur membra actiones, πάθη & affectus humani: ut Deo desiderium, pœnitentia: angelo lingua, quatenus non habet adoptatum sibi corpus κατ' οἰκονομίαν. Itaq; Rhetores illam Tropis subjicere solent. Ita autem Anthropopathea est vel ex toto vel ex parte. Ad Romanos 14. Mihi flectetur omne genu & omnis lingua confitebitur Deo. H[illegible] anthropopathea est ex parte. Satan enim propriè genua flectere n[illegible] & sententia est: Omnis creat[illegible] γόνυ me prò Domino suo agn[illegible] mihi factorum suorum rationem [illegible] ponet Joh. P. Ad Rom. 8. Chr[illegible]

ad dexteram Dei, id est, in summa gloria & majestate patri συνάρχει. Potest & Anthropopathea in Rhetoricis dici, cùm rebus inanimis animos & actum quendam damus, ut cùm dicimus mare iratum, parietes gestiunt: Quæ aliàs hyperbolica metaphora dicitur.

Ἀντιπροσώπωσις.

Ἀντιπροσώπωσις Oratoribus est, cùm persona pro persona ponitur: ut cùm me pono pro alio, invidiæ declinandæ causâ: quæ est insinuatio quædam Ethica.

Ἀντωμοσία.

In Republica Græca ἀντωμοσία, Gulielmo Budæo elegantiss. autore & teste satis locuplete, est. Juramentū τοῦ φεύγοντος (rei) de calumnia: sicut Διωμοσία est ὅρκος τοῦ διώκοντος (accusatoris) in commentario ling. græc. pag. 160.

In Apologia Socratis apud Platonem est Libellus accusationis mutuo jurejurando sancitus. Locus hic est. ὥσπερ ὧν κατηγόρων τὴν ἀντωμοσίαν δεῖ ἀναγνῶναι αὐτῶν, Σωκράτης &c. τοιαύτη τίς ἐστι, id est: Nam illorum velut accusatorum libellus accusationis, mutuo jurejurando utrinq; sancitus, perlegendus est, *Socrates præter jus & æquum curiosius investigat ea. quæ sub terra sunt & in cœlo & sermonem non bonum dicendo efficit bonum, & alios etiam hoc docet.* Hic nimirum accusationis libellus est (Græc. ἀντωμοσία.) Interprete Johanne Serrano. Ἀντὶ igitur hic vicissitudinem seu mutuum significat. Voces sunt a διόμνυσθαι & ἀντόμνυσθαι, hoc est, tale, (quale dixi, τοῦτ' ἐστι calumniæ) juramentum præstare. Ἀπωμοσία & ἐξωμοσία est ejuratio, id est, negatio jurisjurandi παντελῶς.

Ἀπελπίζω.

Ἀπελπίζειν. 1. est spem abjicere, regitque genitivum vel accusativum, ut τινὸς ἀπελπίζω, de his spem abjicio, despero. Sic Plutarchus ἀπελπίζει νοσοῦντα desperat de ægro. 2. ad desperationem aliquem adduco, quod annotavit Joachim. Camerarius in 6. cap. Lucæ. 3. Exinde spero, ex re aliqua spero Lucæ 6. μηδὲν ἀπελπίζοντες, id est, μηδὲν ἐπὶ τοῦ δανείσματος sperantes, hoc est, mutuum date *vel nihil sperantes* vos de pecunia data recepturos esse. Non enim, inquit Camerarius, de fœnore hic loquitur Christus, cum suprà planè dixerit peccatores, id est, homines improbos sic etiam solere pecuniam mutuam dare aliis, ut æqualia recipiant: & Judæis constet, inter ipsos fœnoris quæstum fuisse prohibitum: *Vel nihil sperantes*, id est, δανείζεται etiā iis, à quibus mutuum beneficium non speramus: date mutuum etiam malis & ingratis, sicut Deus benefacit etiam improbis & ingratis hominibus.

Διαλογισμός.

Διαλογισμὸς media vox est (ut valetudo) Significat modò bonam, modò malam cogitationem In malam partem accipiuntur Διαλογισμοὶ pro pravis cogitationibus ad Philippens. cap. 2. Est autem Διαλογισμὸς vel Internus vel Externus. Internus, ἡ ἐν τῇ ψυχῇ. seu intestina sermocinatio. Externus, ὁμιλία, confabulatio.

Δέχεσθαι.

Nativa significatio hujus verbi est Capere, χωρεῖν, suscipere, recipere in se, recipere ad se, accipere & occupare aliquid accipiēdo: quod cùm fit, id quod occupat δέχεσθαι, id est capi (χωρεῖσθαι) etiam ab eo quod occupat & quo excipitur oportet, ut cum dicitur Δέχεται τὰ ἀγγεῖα posse δέξασθαι, vascula inania posse capere aliquid, ut repleantur

tur, atq; occupentur. Ita venarum vasa in corpore δεξαμένας vocavit Physicus Democritus, quòd sanguinem capiant & vehendum suscipiant eoq; occupentur, & Suidas δεξαμένην θείαν interpretatur sacram mensam quæ res sacras capit, hoc est, excipit, recipit, & piscinæ, canales tubi ὑδάτων δοχεῖα (id est, aquarum receptacula) Græco sunt: qui & dicit χώρα ού με ἐδέξατο, & δέχεσθαι τῇ χώρᾳ, τοῦτ᾽ ἐστιν, recipere regione seu in regioné. Sic Gregorius Nazianzenus (cui propter excellentiam inter Doctores Ecclesiæ & rerum divinarum scientiam eximiam cognomentum Theologi fecit Græca Ecclesia) Δεῖ γὰρ αὐτὸν ὑπ᾽ οὐρανοῦ δεχθῆναι ἄχρι χρόνων ἀποκαταστάσεως: i. e. oportet enim ipsum cœlo recipi (i.e. cœlestem habitationem occupare in hanc ascendendo & inferendo suam carnem) usq; ad tempora restitutionis omnium (tunc enim cœlo rursus efferet, id quod intulit) Etsi enim recitet hic Nazianz. ἀντιπάτερ Arianorum: tamen versio hæc passiva non est eorum sed tantùm objectio. Cœlum igitur, id est, cœlestis habitatio est Christi Regis δεξάμενον seu δοχεῖον, & ὑπ᾽ οὐρανοῦ δεχθῆναι Christum non significat eum εἰς οὐρανὸν ὡς τὸ δεσμωτήριον ἀποτεθέντα, id est, carcere detineri districtum & alligatum in cœlo, sed eum cœlesti regia recipi receptumvé esse cùm in cœlum e terris ascenderit (locali facta μεταβάσει) & inde sit in terras reversurus. Sic cùm dicimus, multos capi una domo, non significamus eos esse captivos & conclusos, quæ perversissima interpretatio est, sed suscipi, ut cum Ovidius dicit, Terra feras cepit, volucres agitabilis aër, id est, terra feris cessit seu data est, ut ipsarũ locus sit in quo commorentur. Suntq; prorsus idem Domus non potest eos capere & Domo capi non possunt. Ac utraq; phrasis est Ciceron.

Deinde Δέξασθαι accipitur pro λαβεῖν, ut πίστιν δέξασθαι fidem accipere, quod & dicitur λαμβάνειν δεξιὰν accipere dexteram. Sic loquitur Xenophon & Herodoto δεξάμενος est ὁ λαβὼν. λαβεῖν autem fit. 1. corpore ut manu, ore, aure. 2. animo. Sic οὐ δύναμαι δέξασθαι ἢ χωρεῖν νῷ, non possum capere, percipere, animo complecti. 3. Δέξασθαι est malle. 4. est expetere, Plato in Hipp. Majore: Δέξαιο δ᾽ ἂν πότερον, id est, utrū malles. In Apologia ἐπὶ πόσῳ δ᾽ ἄν τις δέξαιτ᾽ ἐξετάσαι, τὸν ἐπὶ Τροίαν ἀγαγόντα πολλὴν στρατιάν. Quantò potiùs quibet maluerit illum explorare qui copiosum exercitũ in Trojam adduxit.

Porro de verbo Δέχομαι accipe hæc pronunciata. Primum.

Verbum Δέχομαι significat ἐνεργητικῶς, sicut commune jam prolatum παθητικῶς, sicut commune interdum verbum aliquod sub voce activa habet significationem passivam. Secundum.

Verba δέχομαι, θεῶμαι, λυτροῦμαι, ... Grammaticis per omnia tempora significant ἐνεργητικῶς, præterquam in ἀορίστοις seu indefinitis ἐδέχθην, ... λυτρωθῆναι, ἐῤῥύσθαι. Ita igitur in mediis ... multò magis activè significant. Elromus Rudigerus, vir Græcarum literarum insigniter doctus, hæc olim annotavit. Tertium:

Mutatio versionis activæ in passivam non facit ex verbo ἐνεργητικῷ ...

Horum omnium Exempla sunt. δέξασθαι τόπον, δεχθῆναι τόπῳ, ut quæ paria sint. Sic χωρεῖν τόπον, & χωρεῖσθαι τόπῳ, capere locum, & capi loco. R... cœli eum excipit, & regione c... excipitur. Vas capit vinum & ... vase capitur. Præteritum ... Aoristus secundus ἕλων, unde ... participiis, ἑλωκώς, & ... ab ...

sub activa voce passivam hab... ficationem, ut ἀλίσκομαι, capi... re, pro ὑπ᾽ ἐχθροῦ καταχθῆναι ... modo etiam Græci loquuntur ... sensu. Τέρπομαι est oblector, ... Poëtæ hoc, τέρπετο θυμῷ, (ob... animo seu secundum animu... tinus interpres rectè reddid... sensu prorsus eodem, Animi... tur. Falsum igitur est, quòd ... scribere ausus est, Verbum ... nunquam exponendum e... & concludendum, esse exp... verborum Act. 3. ὃν δεῖ οὐρ... ανὸν, quem oportet cœlum ... hæc, Quem oportet cœlo ... sussiam esse & ἀγραμματ... censor barbarè loquitur.

Κατέχειν ut & κτᾶσθαι, aliud e... χεσθαι. Est enim Tenere ... ἔχειν, tenet, possidet imp... gnum. Sic Christus ten... patris sui. Sic πόλιν κτᾶσθαι ... tenere seu possidere: ut ... urbem occupat.

Ἐλαφρὸς, ἐλαφρῶς.

Ἐλαφρὸς est formalis, qui est à ... habet formam. ... nitio ... id est, c... ma, quæ opponitur. Mat... positæ, id est, constanti e... forma simul. Exempli ... nus effervescentia circa c... tio Materialis Iræ. Est i... piditas, est formalis ... fervor in præcordiis ... impetum, est composit... forma (...) hoc ... hendit materiam cum ... tiones autem ... ... comment. græcæ ling... Ἐλαφρὸς Quòd acceptum ... maticis & Philologi...

ſub activa voce paſſivam habet ſignificationem, ut ἁλοὺς ἔρωτι, captus amore, pro ὑπ' ἔρωτος κατεχόμενος, quomodo etiam Græci loquuntur eodem ſenſu. Τέρπομαι eſt oblector, & tamen Poëtæ hoc, τέρπεται φρένα, (oblectatur animo ſeu ſecundum animum) latinus interpres rectè reddidit activè ſenſu prorſus eodem, Animum oblectat. Falſum igitur eſt, quòd quidam ſcribere auſus eſt, Verbum δέχεσθαι nunquam exponendum eſſe paſſivè, & concludendum, eſſe expoſitionem verborum Act. 3. ὃν δεῖ οὐρανὸν μὲν δέξασθαι. quem oportet cœlum capere, per hæc, Quem oportet cœlo recipi, inſulſam eſſe & ἀγραμματικόν, ut hic cenſor barbarè loquitur.

Κατέχειν ut & κτᾶσθαι, aliud eſt quam Δέχεσθαι. Eſt enim Tenere, ut κατέχει ἀρχήν, tenet, poſſidet imperium & regnum. Sic Chriſtus tenet regnum patris ſui. Sic πόλιν κτᾶσθαι eſt urbem tenere ſeu poſſidere: ut cum hoſtis urbem occupat.

Εἰδικὸς, εἰδικῶς.

Εἰδικὸς eſt formalis, qui eſt à forma, qui habet formam. εἰδικὸς ὁρισμὸς eſt definitio ἀπὸ τοῦ εἴδους, id eſt, conſtans forma, quæ opponitur. Materiali & cõpoſitæ, id eſt, conſtanti ex materia & forma ſimul. Exempli cauſa, Sanguinis efferveſcentia circa cor, eſt definitio Materialis Iræ. Eſt ulciſcendi cupiditas, eſt formalis ὅρος: Sanguinis fervor in præcordiis ob ulciſcendi impetum, eſt compoſiti ex materia & forma (ὁ ἐκ τούτων) hoc eſt, comprehendit materiam cum forma. Definitiones autem εἰδικαὶ ſunt principia πίστεων ſeu ἀποδείξεων. Vide Budæum in comment. græcæ linguæ pag. 705.

Εἰδικῶς Quòd acceptum dicitur à Grammaticis & Philologis, cùm ſpeciale generali ſubjicitur: Ut, Quòd pater convaluit, gaudeo.

Ενέργεια.

Sicut differunt ἐνέργεια & ἔργον (1. Ethicorum Ariſtoteles. Alii fines ſunt ἐνέργειαι, alii præter eas ἔργα τινά.) Sicut differunt opera & opus: ſic ἐνέργεια & ἐνέργημα. Propriè ἐνέργεια eſt operatio (Lambino muneris functio, functio operis) ſic ἐνεργεῖν κατ' ἀρετὴν ex virtute operari, & virtutis munere fungi. Ἔργον verò eſt ipſum opus ex actione proveniens quod etiam actione deſinente perdurat. & opus aliquod efficere dicimus, non operam aut operationem. Per metonymiam tamen itaque impropriè ἔργον ſumitur pro operatione cujuſque facultatis: 7. capite: ἔστιν ἂν ἔργον ἀνθρώπου ψυχῆς ἐνέργεια κατὰ λόγον, id eſt opus igitur hoc hominis erit functio muneris animi, rationi conſentanea interprete Lambino. Sic aliud eſt τμῆσις, id eſt ipſa ſectio: aliud τμῆμα, id eſt ſegmentum. Ad ſummam ἐνέργεια differt ab Euergemate ut motus à re motu facta ut actio ab eo, quod vi actionis exiſtit ſeu extat: ut id, quod eſt ἐν τῷ γίνεσθαι ab eo quod eſt ἐν τῷ γενέσθαι. Per Metalepſim tamen interdum alteram pro altero ponitur ut cum ἐνέργεια θεανδρική patribus eſt ἐνέργημα θεανδρικόν, hoc eſt effectum Chriſti, tum qua Deus tum qua homo: quod alias dicitur Apoteleſma, opus redemptionis. Sed ἄκυρον & populare nõ poteſt præjudicare κυρίῳ & accurato. Sic propriè aliud eſt ὁμοίωσις, aliud ὁμοίωμα, licet ſæpè ὁμοίωμα ponatur pro ὁμοίωσις, vicinum pro vicino: 1. ad Corinth. capite 12. verſ. 6. dicitur: diſtinctiones ſunt ἐνεργημάτων: latina verſio ibi habet operationũ: ſententia autem eſt: Diſtinctiones ſunt operum miraculoſorum,

ſorum, in quibus potentia Dei eluceſt: ubi dicuntur opera illa ἐνεργήματα δυνάμεων. Ibi latina verſio habet operationes virtutum.

ἐνέργεια & ἐνέργημα antecedit δύναμις activa, cui ab Ariſtotele oppoſita eſt δύναμις paſſiva. Utilis autem hæc eſt diſtinctio in doctrina theologica de κοινωνίᾳ & officio mediatorio inter ἐνέργειαν & ἐνέργημα: duæ enim ἐνέργειαι duarum naturarum Chriſti diſtinctæ, licet non ſint diviſæ, concurrunt ad unum ἐνέργημα ſeu effectum perſonale: ut ex actionibus Verbi divini & carnis exiſtit ἐνέργημα nempe nova vita Lazari, ac falſum eſt lexicographos ἐνέργημα & ἐνέργειαν habere pro ſynonymis ideoque vanam & elumbem planè eſſe diſtinctionem ἐνεργειῶν & ἐνεργημάτων, quæ verba ſunt adverſarii: cui reſpondetur, oleum & operam philologiæ noſtræ perire, ſi proprietatis nominum obſervatio vana eſt, etſi interdum unum pro altero impropriè poſitum reperiatur; itaque diſtinctionem hanc maledico dente non fuiſſe carpendam. Mori pro mundi vita eſt ἐνέργεια ſingularis Chriſti ſecundum humanam naturam, non etiam ſecundum divinam, quia ſola caro mori poteſt non Deitas ut quæ ſit naturâ immortalis. At mundi vita ſeu mundum vivificare Chriſti ἐνέργημα eſt totius.

Κακέμφατον.

Κακέμφατον 1. eſt. Compoſitio auribus injucunda, ut, cum nos cum Muſis oblectemus. Et: Numerum cum navibus æquant. 2. κακέμφατα ſunt, Verba obſcœna (qualia ſint Cynicorum) quæ vergunt ad obſcœnæ rei ſignificationē. Hæc verecundia & hominis caſtū os vitat. Vide Epiſt. famil. Cic. lib. 9. epiſtolam Amo verecundiam. Exemplorum abunde eſt in Priapeis. Decenter teguntur periphraſi, ut; Qua parte viri ſumus: Nexa ſolvere vittam &c.

Eodem ſenſu etiam dicitur κακόφατον.

Litera ξ.

ξανθός.

ξανθὸς eſt flavus. Splendidum (λαμπρὸν) rubro & albo miſtum ξανθὸν, id eſt, flavum eſt: Plato in Timæo. Hoc eſt quòd ait Scaliger ex Platone ex luce & humore & candore flavum creari exerc. 325. ſ. 2. ξανθὴ χολὴ bilis flava Ariſtotel. λαμπρὰ-χολὴ ſplendida bilis poeticum etiam.

ξενηλασία.

ξενηλασία alienorum ex urbe ejectio eſt in Politicis (à ξενηλατῶ, id eſt, alienos ejicio vel abigo) Eſtq; duplex. 1. ejectio alienorum hominum ſeu peregrinorum: De qua 12. de legibus Plato. 2. ejectio περιττῶν τεχνῶν, id eſt, non neceſſariarum ſeu ſupervacanearum artium, quam etiam Politia Platonica vult. De eadē Plutarchus in Lycurgo.

ξενικὸς βίος pro θεωρητικῷ & πρακτικῷ.

Ariſtoteles in Politicis vitam Philoſophorum eorum, qui ita verſantur in contemplatione & cognitione rerū, ut prorſus nihil rei ipſis ſit cum πολιτείᾳ ſeu republicā, vocat ξενικὴν (peregrinam) qualis eſt hoſpitis diverſantis.

ξηραμπέλινος.

In colore illo, quem græci dicunt χρῶμα ξηραμπέλινον, diſſentiunt etiam ... mihi ſunt idonei autores. Al... ſubjiciunt ῥόδινον, id eſt, roſeo, ... ger Xerampelinum, inquit, ... vocant roſam ſiccam, cujus ...

in autumnalibus vitis frondibus. Simillimus ita est arefactis vitibus ξηρὰ arida seu sicca est: ἄμπελος vitis est. Alijs Xerampelinii color est, quem Plinius Pulliginium id est pullum vel Gellius Atrorem id est atrum colorem vocat. Priorib' magis hic faveo.

ξιφίας.

In Meteorologia Xiphias est cometa ξιφοειδὴς, id est, figura gladij vel perticæ, ensiformis. Aliàs ξιφηφόρος, ensifer. Differt ab Acontia. Ἀκοντίας est qui similis jaculo longiùs procurrit tenui appendice. ξιφίας verò brevior: & juxta corpus latior paulatim in mucronem terminatur. In Zoographia est Piscis quidam marinus: à quasi telo seu gladio, qui a rostro prominet.

ξυστός.

Xystus est porticus destinatus athletarum exercitiis hybernis. Xystum est subdialis ambulatio, id est, ambulacrum sub dio, amœnum, ordinatum. Ambulationes tales dicuntur etiam παραδρομίδες.

πλουταρχία.

Proba vox est, qua usus est Plutarchus, etiamsi non inveniatur in Græco Lexico communi. Est autem πλουταρχία in Politica ὀλιγαρχία quædam quæ umbra est ἀριστοκρατείας, id est, status optimatum. Scalig. lib. 3. poetic. Sic dicta quòd in ea regant divites. Hic ἄριστοι censentur ex censu. Est igitur species πολυαρχίας, id est, multorum principatus: quæ species est πολιτείας. Politia enim est θέσις καὶ τάξις πόλεως, forma & status civitatis (pro quo etiam interdum πόλις seu civitas dicitur.) Ejusque species ἀρχονόμους duæ sunt, Monarchia & Polyarchia. Scalig. lib. 3. poëtices pag. 425.

Σκότος.

Σκότος & σκοτία, (caligo) sicut latinum Tenebræ interdum pro obscuro & morte ponitur: sicut φῶς lux pro illustri & claro καθ' ὑπεροχήν. Homerus σκότος τ' ὄσσε κάλυψαι, id est, θάνατος. Sic Gregorius Berlmannus.

Nam mater mea, Fabrici, illa mater.
Mater illa animi una lux miselli,
Non est lux modò, sed mera tenebræ.

id est, mortua est. Apostolus Paulus σκότος dicit pro ἐσκοτισμένοις, (obtenebratis) quibus opponuntur φωτισμένοι (illuminati) τὸ φῶς ἐν σκοτίᾳ φαίνει, 1. Joh. 1. lux in Caligine lucet. Chrysostomus hic σκοτίαν interpretatur & naturam egentem lucis & mortem & errores.

Ταπείνωσις.

Ταπείνωσις. 1. est extenuatio contemtus humilitas, humilis sors, conditioque Vilitas demissio seu dejectio quæ fit per afflictioné seu miseriã aut conditionis infirmitatem. Conditionis humilitas seu parvitas. Lucæ 1. Exaltavit ταπεινοὺς, id est, humiles cõtemptos, depressos ἐπέβλεψεν ἐπὶ τὴν ταπείνωσιν τῆς δούλης αὐτοῦ. Respexit ad humilitaté ancillæ suæ. Hic non intelligitur Virtus. Sententia enim est, Respexit ad me neglectam coram mundi fama obscuram opibus tenuem (Neglecta à mundo, Electa à Deo.)

In oratoria est elevatio seu extenuatio verbi vel rei opposita ὑπερβολῇ ἢ αὐξήσει. Aliàs μείωσις, id est, diminutio Verbi, ut erratum pro scelere, perstrinxit pro percussit vel vulneravit. Huc pertinet cum Virgilius dicit semivirũ comitatũ. Catullus percacatas chartas, Cicero. Hominicidiũ. Rei ut moneta est, tàm bona quam plumbea pro vobis est. Adeò fortis miles est Thraso ut strepitum filiorum & umbrã suam metuat. Aliud a ταπεινόω est ταπεινο-

φροσύνη: accipitur enim hæc vox, in bonam & malam partem: Cùm in bonam, est modestia quædam submissioque animi & virtus quidem ἠθική. Sic ταπεινοφρων dicitur, qui modesto est animo minimeq; elato qui modicè de sese sentit, nihil sibi præter meritum arrogans nec ostentans se magnificè: qui submissiùs se gerit Cic. Cùm in malam, est humilis abjectusq; anim°. Sic ταπεινόφρων est, qui humilis de missi abjecti est animi ingenijve. In prima significatione accipitur à Paulo ad Philip. 2. & 1. Petr. 5. Itaque ibi ἡ ταπεινοφροσύνη rectè versum demissio animi, submissio animi, & in secunda à Paulo ad Colos. 2. ubi vers. Modestia (Scholastici dicunt Animi humilitas) At Modestia non usurpatur nisi in laudem. Eras. Roterodam. in Medardo.

Ὑγιάζειν. CURARE, SANARE, ἰᾶσθαι.

Ὑγιάζειν, quo utitur Arist. 3. Ethic. cap. 5. est sanare, sanum facere, Perionius vertit curare. Repræhendit Lambinus, quòd diversa horum verborum vis sit, ac differant ut antecedens & consequens, ut destinatum & finis. Qui enim sanat curavit, id est, remedia adhibuit, & curant omnes, ut sanent. Multi etiam curant, id est, curationem & medicinam adhibét, (quod græcis est ἰατρεύειν) qui non sanant. Ego soleo dicere sanare est curare efficaciter. Atq; hæc mea sententia est. Curo latiùs patet quàm Sano: & primo significat actionem quæ sanationem antecedit seu ad eam destinata est, id est, medicinam facio, exerceo. Secundo idem est quod sano. Exemplis hoc ostendo. Theod. Zuinger. in Eth. Aristotelis. Methodus Elegantium Medicorum curativa hæc est: Nō prius docti medici ad oculorum cu-

rationem accedunt quàm universum corpus & Venæ sectione & pharmaco evacuarint pro ut morbi natura corporisq; constitutio efflagitare videbitur. Hæc pertinent ad primam significationem. Augustinus in sermone de tempore. Christus, ut medicus, unde vulnera cordium curaret, in corpore cicatrices ferebat. Hic curare sanare est: sicut in alio sermone idem August. dicit: Voluit Christus quibusdam dubitantibus exhibere in illa carne cicatrices vulnerum, ut *sanaret vulnus* incredulitatis. Pro hoc antea dixit curaret. Cicero. Mulier exclamat se ab eo nullo modo curari velle quo curante omnes suos perdidisset. Hic curare est medicamina adhibere. Idem curationes hujus medici non probo. Hic curatio non est sanatio sed medicinæ factio seu adhibitio seu exercitio. Idem intelligo me errare, qui cum capiti mederi debeam reduviam curem. Idem. Corpora curari possunt, animorum nulla medicina est. Hic & adhibitio remedii, & sanatio intelligitur. Idem. Multi medici in aliis scientiam profitentur, ipsi se curare non possunt. Hic curare est salutaria remedia adhibere & sanare.

ἰᾶσθαι sanare est, θεραπεύειν curare, id est, pharmacis mederi. Interdum alterū pro altero ponitur. In Act. Apost. c. 5. Omnes ἐθεραπεύοντο, curabantur, id est ἰῶντο, sanabantur. Metonym. efficientis pro effecto κατὰ χρῆσιν.

Ὑγιεινόν.

ὑγιεινόν. 1. est salubre, quod est causa conservans sanitatis, quod [illegible] nimantis conveni nempe [illegible] gradu & téperatura, ut ægris [illegible] sunt salubria, ita ὑγιεινὰ [illegible] citur Diæta, i. e. victus rat [illegible]

ficat ὑγιὲς, id est, sanum, ut corpus benè constitutum, σῶμα εὖ διακείμενον.
3. Ποιητικὸν ὑγιείας, ἰατικὸν ὑγιαστικὸν, habens vim sanandi, ἄκεσον restituens sanitatem, ut medicamentum.
4. Indicium seu signum sanitatis, ut pulsus sedatus, bonus color. Arist. 3. Ethic. cap. 6. utitur in prima significatione, corporibus benè constitutis salubria sunt ea quæ revera talia sunt: σώμασιν μὲν εὖ διακειμένοις ὑγιεινά ἐστι τὰ κατ' ἀλήθειαν τοιαῦτα ὄντα. Differunt ab eo εὐθεράπευτον & ἰατὸν, id est, quod curationem recipere potest, vulgò curabile.

ὑγιεινῶς βαδίζειν 5. Ethicorum Nicom. cap. 1 dicit. Aristoteles pro valenter ambulare & ex consequenti benevalere. Lambin.

ὑπαλλαγή.

Hypallage (ab ὑπαλλάττω, quod penè idem est cum ἀνταλλάττω) 1. est figura locutionis qua oratio in versa vice (inversè, præposterè) profertur. Ejus species est alternata casuū mutatio, qua simul naturalis rerum ordo invertitur. Aliter dicitur ἐναλλαγὴ, μεταλλαγὴ, ἀνταλλαγὴ, ἐνηλλαγμένως enim est ὑπηλλαγμένως, id est inverso ordine Melanchthon retulit ad figuras Rhetoricas & quidem ascripsit primo earum ordini. ego ferè enunciationem impropriam logicam vel ἄλλοιον λόγον facio. Cicero. Non vidimus in urbe gladium vagina vacuum, pro vaginam vacuam gladio. Vina sunt onerata cadis, pro cadi sunt onerati vino. Hic quod subjecti est, attribuitur adjuncto. Per flavit fistula buccas inquit Poëta pro buccæ perflarunt fistulam: hic quod agentis est attribuitur patienti. Matthæi 8. dicitur purgata est ejus lepra; pro purgatus est ille à lepra. Hinc Syntaxis ὑπαλλακτικὴ (alternativa) dicitur 2. Hypallage est inversio constructionis sine mutatione ordinis & naturæ rerum ut 2, Pet, 1. ᾧ καλῶς ποιεῖτε προσέχοντες, pro καλῶς ποιεῖτε ᾧ προσέχοντες, id est rectè facitis quod attenditis sermoni illi Actorum 3. ὃν δεῖ οὐρανὸν μὲν δέξασθαι, id est δεῖ ἵνα ὁ οὐρανὸς δέξηται αὐτὸν: oportet ut cœlum capiat ipsum (Christum.) Hic inversio constructionis est in pronomine relativo. Differt autem Syntaxis Hypallactica à Reciproca. Hypallactica ἀνώμαλος & Poetis familiarior est ut dare classibus austros, p classes austris. Reciproca seu ἡ ἰσαλλαγὴ est magis oratoria & æqualior ut induere pedem calceo, induere pedi calceum. Admovere os poculo, admovere poculum ori, Spargere humum foliis, spargere folia humi, non procul abest mors ab illo, non procul abest à morte. Hospites capit domus & domo capiuntur hospites. Nos aliquando capiemur cœlo & cœlum nos aliquando capiet. Nihil tamen vetat quò minus tales constructiones Hypallacticas dicas; sanctis debetur cœlum, & cœlo debentur sancti. Præterea Hypallagen Cicero Cœlius Secundus & Johannes Sturmius (in de universa ratione elocutionis) accipiunt pro immutatione verbi seu Enallage tali, qualis est metonymia, ut cum ponitur abstractum pro concreto, res pro persona, autor pro opere, nomen pro re ipsa ut claritas, lux; vel lumen pro clarissimo illustrive viro: prætorium pro prætorianis, ministerium pro ministris, viscerà pro liberis intra viscera gestatis Paulus ad Philemonem περιτομὴ pro circumcisis, ἀκροβυστία pro recisis. Idem Paulus cum inquit Deum fuisse in Christo reconciliantem sibi mundum, vel fuisse Deum, qui sibi reconciliavit mundum in Christo, κόσμον

μον seu mundum dixit καθ' ὑπαλλαγὴν ὄντας ἐν κόσμῳ, i. e. eos qui in hoc mundo-functi jam sunt, qui in mundo credunt Evangelio. Joachimus Camerarius in notatione figurarum orationis & mutatione elocutionis in Apostolicis scriptis. Talis Hypallage etiam est μετάληψις ut pallida mors pro faciens pallidos. Ad hæc est Hypallage valdè usitata poëtis, talis μεταγωγή, qua 1. detrahuntur personis Epitheta & attribuuntur rebus 2. permutantur Epitheta ut ea, quæ sunt personarum, tribuantur personarum affectibus 3. aut accommodantur locis & temporibus exemplum 1. Virg. Heu fuge crudeles terras fuge littus avarum, id est crudelis & avari regis ditionem ac hospitium. Exemplum 2. Virg. 1. Æneidos Odium crudele tyranni, id est crudelis tyranni. Exemplum 3. idem 6. Ibant obscuri sola sub nocte per umbras, id est soli ibant sub obscura nocte & 7. Udæ vocis iter tenuemque inclusit sanguine vitam, id est Udum vocis iter vide Georg. Fabr. de re poëtica lib. 6. Hypallage αὐξητικὴ (augés) est σκότος pro ἐσκοτισμένος tenebris involutus apud Apostolum. Sic: mihi quidem tenebræ sunt ista, i. e. obscura. Cicero: Metonymiæ hoc exemplum hyperbolicæ.

Jam est Hypallage vel Enallage cum diminutio substantivi datur adjectivo ut sunt tres qui nullo discrimine vera fatentur ebrius & stolidus nesciolusque puer, id est nescius puerulus. Ethica Hypallage orationis festiva est, ut si videns pusillum cum longo gladio dicas quis illum alligavit gladio? non fatua, ut hæc Herr Kappune / als hier schicket euch mein Herr ein par Probeste / pro Domine præposite Dominus meus mittit tibi duos capones. Absona inepta absurda, παρηλλαγμένα διανοίας ὑπαλλαγή. ὑπάλλαγμα Politicis est commutatio vicem alterius præbens seu subsidiaria: res succedanea. Aristoteles 5. Ethic. οἷον δ' ὑπάλλαγμα τῆς χρείας τὸ νόμισμα γέγονε κατὰ συνθήκην, id est nummus etenim est velut pro indigentia succedaneus, hominum instituto & civili consensu: quia succedit loco rei, qua nobis opus est. In syllogismis sæpe est hypallage seu permutatio casuum Synonymorū & Paronymorum (ut sanitatis & salubris) quæ & μετάληψις dicitur, id est traductio à Peripateticis.

ὑπάλληλα.

ὑπάλληλα & ἐπάλληλα sunt opposita: hæc enim sunt alia aliis superposita sine interstitio seu intercapedine: Illa vero quorum alterum sub altero ponitur: sic accepit Porphyrius in Isagoge. Sic Ammonius, τὸ σῶμα ὑπάλληλόν ἐστι τῇ οὐσίᾳ. Hypallela autem non sunt heterogenea, id est genere diversa sed ὁμογενῆ. Itaque substantia & corpus sunt ὁμογενῆ.

ὕπατρος.

ὕπατρος est qui summo est ὑποδεέστερος (ferè idem quod ὕπαρχος) τὰ δευτερεῖα ἔχων qui consistunt in secundis. Platoni in Dialogo Amatores est qui summo artifice est inferior. Cui opponitur ἄκρος, id est ὁ ἔχων τὰ πρωτεῖα, habens primas, ferens partes summas, id est primas, vel ὁ ἔχων τὰ ἄκρα, obtinens suarum rerum summam. Singuli in suis artibus artifices (δημιουργοὶ) sunt ἄκροι, id est summam suarum rerum obtinent. Philosophus verò ὕπατρος est, id est hac ratione secundus est, id est cujusdam dignitatis obtinet statum, seu omnium artium secundas reportat, licet interim omnium artium generales actiones intelligat: Cetero-

quin proprium & peculiare
phiæ ut ἀρχιτεκτονικῆς opus e
nimirum Philosophus est ἀρ
summum gradum obtinet
tradere & vitæ privatæ fam
& reipublicæ rectè institu
moderandæ, non in μεταφ
tum esse.

ὑδροποτεῖν.

ὑδροποτεῖν esse aquam bibere
sed est & idem quod fasti
abstinere à temeto : quo
ὑδροποτεῖν nonnunquam
In posteriore significat

quin proprium & peculiare Philosophiæ ut ἀρχιτεκτονικῆς opus est, in quo nimirum Philosophus est ἄκρος, id est summum gradum obtinet præcepta tradere & vitæ privatæ familiarisque & reipublicæ rectè instituendæ ac moderandæ, non in μετεωρολογίαις totum esse.

ὑδροποτεῖν.

ὑδροποτεῖν esse aquam bibere notum est sed est & idem quod fastidire vinum, abstinere à temeto: quo sensu etiam ὑδροποσία nonnunquam intelligitur. In posteriore significatione accipit Dioscorides. Utitur hac voce Apostolus in Epistola ad Timotheum ac quidam interpretes in prima, quidam in secunda significatione ibi accipiunt.

χειροκρατία.

χειροκρατία est vitiosa (seditiosa) Politia in Democratia corrupta à Dæmagogis Δημαγωγοὶ autem sunt turbulentæ plebis inescatores qui reperiuntur non tantum in Repub. sed etiam Ecclesia sancta. utitur hac voce Polybius. Vox non est à χείρ, id est manus, sed à χεῖρον, id est deterius.

FINIS.



INDEX

INDE

A.

INDEX PRIMUS.

A.

Ἀπο-

ΤΕΛΟΣ.



IN

INDE

A.

INDEX SECUNDUS.

Bene-

FINIS.



'ΑΙΟΜΝΗΜΟΝΕΤΤΑ ΕΡΡΑΤΑ.

AEquale αντιπεπονθὸς est vinculum vel fulcrum civitatis p. 23.

Proprium & subjectum ejus sunt antecategorumena 24.

Calor noster revocatur sub noctem ad interiora qualnor de causis 26.

Nomina ut rerum δηλώματα docent res. Nominibus rerum natura discriminantur. Ut animi nostri noemata id est conceptiones seu sensa sunt rerum effigies & simulacra: Ita nomina sunt simulacra & repraesentationes rerum 154.

Αντιδιῃρημένα exactius cognoscuntur 164.

Peccatum, transeunte ejus actu, in aliquo est imputatione seu reatu 160.

Unum corpus alteri non incorporatur modo penetrationis: sed corporei & incorporei penetratio fieri potest 177.

Caro sentit mediatè, non primò 4.

Quodvis τὸ ὂν suapte natura & finitione est propriè ταυτὸ καθ' ἓν 43.

Dici de aliquo requirit inesse, hoc est, convenire ei de quo dicitur

Propositionis reduplicativa vel specificativa veritas innititur veritati praejacentis. Scholastic: regula 33.

Motus est actus imperfectus corporis mobilis, quà mobile, hoc e ster est inter duos terminos, quorum unus est initium, unde motus procedit, alter finis, ad quem tendit.

Motus qui fit super duobus centris est inaequalis 115.116.

Falsum vel certe hyperbolicum est, necessitatem Deum quidē repugnare posse. 13.

Cabala est secreta hebreorum dogmatum receptio. 15.

Gnomon auget tetragonum, non alterat. 52.

Diagraphe lineis & umbris quasi nudam rem (ut artem) potius ostendit, quam coloribus. 57.

Deus muneribus non capitur aut corrumpitur. 94.

Ψευδωνυμία, id est falsa nominis vel phraseus explicatio erroris genitrix est. 89.

Animae nondū solutae duplex vita est. 68.

Quidam politici & philosophi sunt heroes 99.

Potentia φυτικὴ (id est naturalis seu vegetatrix) & attractrix in stirpibus & animantibus alimentum assumit, attrahit, retinet, conficitq;, & rejicit supervacanea. Aristot. Plat. & Plutarch. 156.

Quae cum ejusdem rei tractatione & fine conveniunt in homogeneis censentur. 152

Axioma, numerus est par vel impar, est καθ' αὐτὸ ubi docetur. At in Grammatica traditum est heterogeneum. 153.

Termini nonnulli connotativi non connotant id quod inest suo subjecto, sed quod ei infuit, vel alteri inest. 168.

Si determinatio repugnantiam tollit, ut quae fit termino alterante seu distrahente, falsa (sine determinatione) propositio evadit vera. ut corpus Christi quod in coelis est, in terris editur (non in seipso sed) in pane, ut in objecto

Aliud est Terminus analogus proportionis, aliud terminus analogus attributionis. 160

(Nomen hoc Gubernator esse analogum ex analogismo perspicitur)

Deus est omnium perfectionum mensura 137.

Finitum ab infinito infinita intercapedine distat. 138.

Sophistae in vanis & infructuosa diligentia commentis occupati sunt. 224.

Cranion est os ambiens meningas à voce κράνος, quia est cerebro quasi galea & propugnaculum) 228.

ΈΛΛΕΙΜΜΑΤΑ ET MENDA TYPOGRAPHICA ET librar. cum correctione.

In Voce.

A: p.1.b.lin.30.pro, Ab à part. lege ab *α* part.

Ακρίβεια p. 6. l. 10. pro idem facit l. fidem facit p.7. l.42. l. vera ἀκρίβεια non est ficta: & hæc: *Tandem manum de tabula: quod proverbiale est*, rejice ad finem, ubi incipit Acrostichis.

ἀκυρολογία p.8. pro πίτει l. πίψει, pro κυρολογία, l. κυριολογία.

Alloeosis p.10. pro προσώπων l. προσώπων.

ἀναλεκτικὸν p. 16. pro συναγωγ. l. συναγωγικόν.

Lapicid. p.19. pro unde lapidicina l. unde lapicidina. Anatomia. p. 22. pro seu phys. l. sed physici. ἀντιπερίστασις p.26. pro σωτηρ. l. σωτηρία, i.e. salus. ἀντιπαθὲς p.24. pro ἀντιπαθὲς, l. ἀντιπαθές. ἀντίφωνα p.28. pro euoae l. euouae. ἀναλογία. p.4. lin.25. l. interdum ἀναλογικῶς: εἰδικῶς. ἀντία pag.34. pro masculum l. masculam. ἀπὸ p.34. pro σημαντ. l. σῶματ. ἀρχέτυπον pro ἐκτύπων l. ἔκτυπον. ἀσύμφωνα pro ἀσύμφωνα leg. ἀσυμφωνα vel ἀξύμφωνα. ἄποπα pro ἄδοξα l. ἄδοξα pro capitu. l. crepitu. αὐθέκαστ. p.46. pro ac se ipso l. A seipso. Diæresis p.58 pro κατ' αὐ l. καθ' αὑτό. Diaphragma, pro appellationes, l. appellationis. εἰκῆ pag.65. pro εἰκαῖα l. εἰκαία. εἱμαρμένη p.65. pro πεπηγμένων l. πεπηγμένων. ἐνύπνιον p.76. pro falcet, l. fallet. ζήτησις p.97. pro εὕρεσις l. εὕρεσις & pro distincta est ζητησ. l. Distincta est à ζητήσει. πρᾶξις quippe est exterior: &c. Ζώνη, pro Metonom. l. metonym.

ἠθοποιία pro ἠθοποιία, l. ἠθοποιία. ἥρως p.99. pro ἥρωσι leg. ἥρωσι. Θέσις, pag. 101. Adde hæc: Aristoteli dicitur disputator τιθέναι, id est, ponere, quod verum esse non asseverat, sed tanquam verum aut saltem verisimile sit disputando defendere conatur. Ita Thesis opponitur aphorismo: qui asseverat aliquid, & à quo abest dubitatio Academica.

ἵνα p. 106. pro ex peccati l. ex peccato. κατὰ, p.110. dele κατὰ μέρος.

κατ' ἄλλο p.111. pro ἐν ἑαυτῷ, l. ἐν ἑαυτῷ.

καθίζω pag.108. l. in Johannis Evangelio dicitur ἀνακαθίσας: In Marc.1 c. ἀνεκαθίσε. pag. 113. pro καταληψις l. κατάληψις.

μετεωρίζομαι p. 135. pro μετεωρ. l. μετεωρίζομαι. μεταφορικόν. p.141. pro & ἀντιστροφή. l. ea ἀντιστροφή. μηχανική pag. 14: pro σφαιροποιία l σφαιροποιία. p.144. pro Ænisorr. l. anisorrhopa.

παράλλαξις p 164. ad finem adde παράλλαξις, seu παραλλαγαὶ temporum seu horarum anni, sunt vicissitudines. Sic in politicis παραλλαγαὶ imperiorum.

ὁμαλότης p.152. l.21. leg. Citharœdi sent apud Ausonium. Exemplũ versuum ταγαρῶν, id est, quorum in medio brevis pro longa ponitur.

νεαρὸ pag.15. pro νεαρῶ leg. νεαρά.

Parallela p.164. pro exactus l. exactius.

Parallelismus pag. 165. pro grex cum, l grex, cui.

παραλυτικὸς pag. 164. Sic ἀποπληκτικὸς & ἐπιληπτικὸς pro ἀποπληκτος & ἐπίληπτος. Sic καταληπτικὸς pro κατάληπτος.

περιττὴ p. 179. obloriga, l. oblonga. ἀντιχώρησις pag. 178 lin.30. leg. Alterna attributio seu mutua propter commutationem persona. Eam etiam vocare possumus [illegible]

dicationis reciprocationē cum ea &c.p. 180.l 30. pro πινόμεν l. πίνομεν & lin.33. pro doctē, leg. docete. pag. 181. a.9. pro παντοπακὴ λέξις, l. παντοπακὴ λέξις. pag. 182. b.9. θεολογοῦνται leg. θεολογοῦντων. pag.186.b.31. περιθῶν. l. περιθῶν. p.200. b.32. pro quam l.quæ.pag.204. a. 25. pro περιφέρει l. περιφέρεις & l. 26.pro ἀνταλλάξει l. ἀνταλλάξει. Et lin. 39. dele signum parentheseos, pag. 205. a. 3. πάντως leg. πάντως. & l. 15. dele fin. parenthes. & lin. 23. pro Sardanapalæ l. Sardanapalo. pag.206.b.5.pro ἄδοξα l. ἄδοξα.pag. 210.l. 3.pro Tι l. τί. Et l. 19. συνάπτει l. συνάπτειν.p.211. b.36. τῆς ὑποθέσεως,l. τῆς ὑποθέσεως:& l.16. pro Stelllæ leg. Stellæ. pag. 212. pro sporadia l. sporadici. p.212. b.in tab.l.11. pro podagra realibus, l. podagra Borealibus familiaris Scorbutus. pag. 214.a.15. ἄπειρ l. ἄπειρ. pag.215.b.37. ἰατρευόμενοι l. ἰατρευόμενος: Ibid. Æscula pro Medico tum fere: l. Æsculapio medicorum ferē. pag.215.b. 3. leg. symbolizare ē barbarorum physicorum schola. pag. 216. a. 35. συμπεράσματι pro συμπεράσματα. p. 219. a. 36. πάθους l. πάθη. pag. 219. b. 7. qui l. quī. pag. 221.a.9. συνεχῶς l. συνεχές. p.222. a.5.cap. 10.l.cap.11.& lin.10. τὸ αὐλῶ pro τὸ αὐτό. Ibid.lin.3.pro cum,l.enim:lin.8.pro μέσθαι l. μαθεῖν. pag.223.a.6. ἀπογεγραμμένῳ l. ὑπογεγραμμένῳ. pag. 259. b.17. φιλομελεσματος l. φιλομελισμάτων. p. 261. lin.1. φθέγγω l. φθέγγω. & lin. 10.b. κεφάλαιον l. κεφάλαιον. pag.275.a.32.dele: Hinc decachordum. Ibid.penult.pro σμικρῶν l. σμικρῶν. p.238. l.non humilitas in Ethicis. pag.255.ad finem vocis Hypothesis adde: Hypothesis ὁλομερὴς est descriptio omnes rei partes componeps. pag.278.pro χῦμο leg. χῦμα.

In Sylloge Voc. &c.

Operarum seu Typothetarum πταίσματα *& errata sic corrige.*

Pag.286. l. affectiva verba scholasticē non barbarē dicitur,pro, verba affectum significantia. p.289.pro ἀδιάφορον l. ἀδιάφορον. pag. 290.pro aversatum l. aversatio, pro dissensu l. de censu. p.291. desideratur titulus hic: *Unus aut Duo*: cui subjiciantur hæc: Latini veteres, Unus & alter: Unus aut alter. Sic Livius: Uni aut alteri militi. p.294.ad vocem *celer*,adde:Celer in feminino genere non quidem est barbarum,sed antiquatū. Olim dicebant; celer origo, fama celer. Vide Lucret.pro Vitiosē igitur ibi l.priscē seu obsoletē. p.296.Ad finem vocis *condolere* adde;Condolescere afflictis est eorum incommodis affici. p.291.in voce *Contingibilia* pro contiguat l. contigua. p. 302.in voce *demeritorie* l.cogitationum & pro desalcare l.defalcare.p.304.pro fabulari l. fabularum. Amentes, ait quidam, insignis proceritatis homines censeri adeo vulgatum est, ut abierit in diverbium,. Amens (i.e. insulsus, bardus, indoctus) quilongus. Hic dicendum fuit Proverbium. Ibid. voci *Devotus* adde: Gens alicui devota est,id est, dedita. p.310. in voce Foriolus pro Quod l. qui: Ibid in *Facere Rev*.l. facere reverentiam alicui,honorem habere alicui. p.312.f.1.v.24.l.Inter archaismos hoc deputo. Nam Gerundium in Do hodie non est dativi casus in significatione activa. p.314.pro πυρετικῶς l. πυρετικῶς: Ad influxum adde :Sic apud Archangelum Mercenat.sæpe occurrit effluxum,pro, Quod effluxit. p.312 pro ἐπὶ τοῖς l. ἐπί τοῖς. p.32 . in Mammetr.pro corrutē l. corruptē. p.326.pro περιττώσεως l. περιττώσεως: pro περιττώσεων l.

περιτ-

[illegible] p.330.l. portitor proprie est custos portus vel exactor portorii Damas[illegible] tor mihi non luculentus usus est pro eo, qui portat: Jussus post multos grad[illegible] ralyticus annos, Mirandum! lecti portitor ipse fui. p.334. Res renascenda Sic homo moriendus, res pereunda apud Schol. pag.335. In Scenofactor: pro confector l. confector. pag.343. pro ὅτι l. ὥτι. pag.346. pro [illegible] l. [illegible]. pag.347. In [illegible] muniter l. communione, significat unà, κοινῇ, promiscuè p.359. l. [illegible] & συσκευάζεσθαι. p.321. per narcoiicitas l. narcoticitas. In fine pro noru rebus stu. l. novis rebus studens.

FINIS.

